Auxiliū vero de celo vobiſcū ſit Et
elegit de regione vigītimilia viro
rū belligeratoꝝ et equites ⁊ ꝓfe
cti ſunt ad cendebeū ⁊ dormierunt
in modin· Et ſurrexerunt mane ⁊
abierūt in campū· Et ecce exercitꝰ
copioſus in obuiaꝫ illis peditū ⁊
equitū ⁊ fluuius torrens erāt inī
mediū ipſoꝝ· Et admouit caſtra
ꝯtra faciē eoꝝ ipſe ⁊ ꝑplus eiꝰ ⁊ vi
dit populū trepidantē ad trāſfre
tandū torrentē ⁊ trāſfretauit pri
mꝰ· Et viderūt eū viri ⁊ tranſierūt
poſt eum· Et dimiſit populū et eq̄
tes ī medio peditū· Erat aūt equi
tatus aduēſarioꝝ copioſus nimis
Et exclamauerunt ſacris tubꝭ ⁊ in
fugā conūſus eſt cendebeus et ca
ſtrā eius ⁊ ceciderunt ex eis multi
vulnerati· reſidui aūt in munitio
nē fugerūt· Tūc vulneratus eſt
iudas frāt iohānis· Johēs autē
inſecutus ē eos donec venit cedro
nā quam edificauit Et fugerunt
vſq; ad turres que erāt in agris
azoti ⁊ ſuccēdit eas igni· Et cecide
runt ex illis duomilia viroꝝ ⁊ re
uerſus ē in iudeā in pace· Et ptho
lomeus filiꝰ abobi ꝯſtitutus erat
dux in cāpo iericho ⁊ habebat ar
gentū ⁊ auꝝ multū Erat enim ge
ner ſūmi ſacerdotis· Et exaltatū ē
cor eius ⁊ volebat obtinere regio
nem ⁊ cogitabat dolū aduēſus ſy
monē ⁊ filios eius ut tolleret eos
Symō aūt pambulans ciuitates
que erant in regione iudee ⁊ ſolli
citudinē gerens eaꝝ deſcendit in
iericho ipſē ⁊ mathatias filiꝰ eiꝰ
⁊ iudas Anno cētēſimoſeptuage
ſimoſeptimo mēſe vndecīo· Hic
ē mēſis ſabbath· Et ſuſcepit eos

filiꝰ abobi in munitiūculā que vo
catī doch cū dolo quā edificauit ⁊
fecit eis ꝯuiuiū magnū ⁊ abſcon
dit illic viros· Et cū inebriatus eſ
ſet ſymon ⁊ filij eiꝰ· ſurrexit ptho
lomeus cū ſuis et ſūpſerūt arma
ſua ⁊ intrauerūt in ꝯuiuiū ⁊ occi
derūt eū ⁊ duos filios eiꝰ ⁊ quoſ
dā pueros eius· Et fecit deceptio
nē magnā ī iſrahel ⁊ reddidit ma
la ꝓ bonis· Et ſcripſit hec ptholo
meꝰ ⁊ miſit regi ut mitteret ei exē
citū in auxiliū ⁊ traderet ei regio
nē ⁊ ciūtates eoꝝ et tributa· Et mi
ſit alios in gazarā tollere iohēm
⁊ tribunis miſit epiſtolas ut ve
nirent ad ſe ⁊ daret eis argentū
⁊ auꝝ ⁊ dona· Et alios miſit occu
pare ihr̄l'm ⁊ mōteꝫ tēpli· Et p̄cur
rens quidā nūtiauit iohāni ī ga
zara q̄ perijt patī eius ⁊ frēs eius
⁊ q̄ miſit te q̄ꝫ interfici· Vt audiuit
aūt vehementī expauit ⁊ cōprehē
dit viros q̄ venerāt pdere eū ⁊ oc
cidit eos· Cognouit enī q̄a que
rebāt eū pdere· Et cetera ſmonuꝫ
iohīs ⁊ belloꝝ eiꝰ ⁊ bonaꝝ v̄tutū
q̄bꝰ fortiī geſſit ⁊ edificij muroꝝ
q̄s extruxit ⁊ reꝝ geſtaꝝ eius· ec
ce hec ſcripta ſūt in libro dieꝝ ſac
docij eiꝰ· ex quo factꝰ eſt pīnceps
ſacerdotū poſt patreꝫ ſuū·

¶ Explicit lib̄ p̄mꝰ Machabeoꝝ·
¶ Incipit ſc̄dꝰ lib̄ Machabeoꝝ·

Fratribꝰ qui ſunt ꝑ
egiptū iudeis ſalutē
dicunt fratres q̄ ſūt
ī iheroſolimis iudei
⁊ q̄ in regione iudea
& pacē bonā· Bn̄fatiat vob̄ deus ⁊

meminerit teſtamēti ſui qđ locut⁹
ē ad abrahā ⁊ yſaac ⁊ iacob ſer
uoꝝ ſuoꝝ fidelium et det vob̄ cor
oīb⁹ ut colatis eū ⁊ faciatis eius
volūtatē corde magno ⁊ aīo volē
ti. Adaperiat cor veſtꝝ in lege ſua
⁊ in p̄ceptis ſuis ⁊ faciat pacē. Ex
audiat oratōes vrās ⁊ recōciliet̄
vob̄ nec vos deſerat in tp̄e malo.
Et nūc hͥ ſum⁹ orantes ꝓ vob̄. Re
gnāte demetrio āno centeſiōſexa
geſimonono nos iudei ſcripſim⁹
vob̄ in tribulacōne et ip̄etu q̄ ſup
ueīt nob̄ in iſtis āīs ex quo receſ
ſit iaſō a ſācta t̄ra ⁊ a regno. Por
tā ſuccenderūt ⁊ effuderūt ſāguinē
innocētē. Et orauim⁹ ad dn̄m ⁊
exauditi ſum⁹ ⁊ obtulim⁹ ſacrifi
ciū ⁊ ſimilaginē ⁊ accendim⁹ lu
cernas ⁊ ꝓpoſuim⁹ panes. Et nūc
frequētate dies ſcenophegie mē
ſis caſleu. Anno cēteſimooctoge
ſimooctauo p̄plus qui ē iheroſoli
mis ⁊ ī iudea ſenatuſq̄ et iudas:
ariſtobolo magiſtro ptolomei re
gis q̄ ē de genere criſtoꝝ ſacerdo
tū ⁊ hijs q̄ in egipto ſūt iudeis ſa
lutem ⁊ ſanitatē. De magnis pe
riculis a dō liberati magnifice gra
tias agimus ipſi: utpote qui ad
uerſus talem regē dimicauimus.
Ipſe enim ebullire fecit de perſide
eos qui pugnauerūt contra nos
⁊ ſāctā ciuitatē. Nā cū in pſide eēt
dux ipſe ⁊ cū ipō immēſus exercit⁹
cecidit in tēplo nanee: ꝯſilio dece
ptus ſacerdotū nanee. Etenī in ea
habitaturus venit ad locū antio
ch⁹ ⁊ amici ei⁹ ⁊ ut acciperet pecu
nias mlt̄as dotis noīe. Cūq̄ ꝓpo
ſuiſſent eas ſacdotes nanee et ipſe
cū paucis ingreſſus eēt intra am
bitū phani clauſerūt templū. Cū
autē intraſſet antiochus apto q̄
occulto aditu tēpli mittētes lapi
des ꝑcuſſerūt ducē et eos q̄ cū eo
erant ⁊ diuiſerūt membratī ⁊ ca
pitib⁹ amputatis foras ꝓiecerūt.
Per omnia bn̄dictus de⁹ qui tra
didit impios. Facturi igit̄ q̄nta
⁊ viceſima die menſis caſleu pu
rificationē templi: neceſſariū du
ximus ſignificare vobis ut ⁊ vos
quoq̄ agatis diē ſcenophegie ⁊
diem ignis qui datus eſt quādo
neemias edificato templo ⁊ alta
ri obtulit ſacrificia. Nā cum in per
ſidē ducerent̄ patres noſtri: ſacer
dotes qui tūc cultores dei erāt ac
ceptū ignem de altari occulte ab
ſconderūt in valle vbi erat pute⁹
altus ⁊ ſicc⁹ ⁊ in eo ꝯtutati ſūt eū
ita ut oīb⁹ ignotus eēt loc⁹. Cū
aūt preteriſſent āni multi ⁊ placu
it deo ut mitteret̄ neemias a rege
pſidis: nepotes ſacerdotū illoꝝ q̄
abſconderant miſit ad requiren
dum ignem ⁊ ſicut narrauerunt
nobis non inuenerunt ignē ſed
aquam craſſā. Et iuſſit eos hau
rire ⁊ afferre ſibi ⁊ ſacrificia q̄ im
poſita erāt iuſſit ſacerdos neemi
as aſpergi ipſa aqua ⁊ ligna ⁊ q̄
erant ſuppoſita. Utq̄ hoc factū
eſt ⁊ tempus affuit quo ſol reful
ſit qui prius erat in nubilo: accē
ſus eſt ignis magnus ita ut om
nes mirarentur. Orationem autē
faciebant omnes ſacerdotes dū
conſummaretur ſacrificium iona
tha inchoante. ceteris autem re
ſpondentibus Et neemie erat ora
tio hunc habens modū. Dn̄e de⁹
omniū creator terribilis ⁊ fortis

iuſtus ⁊ miſericors q̄ ſolus es bo
nꝰ rex ſolus pſtans ſolus iuſtus
⁊ oīpotens et etnꝰ q̄ liberas iſrł
de omni malo q̄ feciſti patres ele
ctos ⁊ ſanctificaſti eos·accipe ſa
crificiū ꝓ vniūſo ꝑplo tuo iſrahel
⁊ cuſtodi ptē tu ā ⁊ ſctifica·Cō
grega diſpſionē noſtram·libera
eos qui ſuiūt gentibꝰ ⁊ ꝯteptos
⁊ abhōiatos reſpice ut ſciāt gē
tes ꝙ tu es deꝰ noſter·Affige op
primētes nos ⁊ ꝯtumeliā facien
tes in ſupbia·Conſtitue populū
tuū in loco ſancto tuo ſicut dixit
moyſes Sacdotes aūt pſallebāt
ymnos·vſq̄ꝗ̄ conſūptū eēt ſacri
ficiū·Cū āt ꝯſumptū fuiſſet ſacri
ficiū:ex reſidua aq̄ neemias iuſ
ſit lapides maiores pfūdi·Qd ut
factū eſt ex eis flāma accenſa eſt
ſ; ex lumie qd refulſit ab altari cō
ſumpta eſt·Ut vero manifeſta ē
res·renūciatū eſt regi pſaꝝ ꝙ i lo
co in quo ignē abſconderāt hij q̄
tranſlati fuerāt ſacerdotes·aqua
apparuit de q̄ neemias et q̄ cū eo
erant purificauerunt ſacrificia·
Cōſiderans aūt rex rem ⁊ diligēt
examinās·fec̄ ei templū ut ꝓba
ret qd factū eāt·Et cū ꝓbaſſet ſa
cerdotib; donauit multa bō ⁊ alia
atq; alia munera Et accipiēs ma
nu ſua tribuebat eis·Appellauit
autē neemias hūc locū nepthar
qd interptat̄ purificatio·Vocat̄
āt apud plures nephi· ¶ Ca·ij·
INuenit̄ aūt in deſcriptōībꝰ iere
mie ꝓphete ꝙ iuſſit eos ignē acci
pe qui trāſmigrābant̄ ut ſignificatū
eſt ⁊ ut mādauit trāſmigrātis·Et
dedit illꝰ legē ne obliuiſcerent̄ pre
cepta dñi ⁊ ut nō exerrarēt men
tibꝰ videntes ſimulachra aurea et
argētea ⁊ ornamenta eoꝝ ⁊ alia
huiuſcemodi dicēs hortabat̄ ne
legē amouerent a corde ſuo·Erat
autē in ipſa ſcriptura quō tabna
culū ⁊ archam iuſſit ꝓpheta dīuino
rñſo ad ſe facto comitari ſecū vſq;
q̄ exiuit in montē in quo moyſes
aſcēdit ⁊ vidit dei hereditatē Et ve
niens ibi ieremias inuenit locū
ſpelūce ⁊ tabnaculū ⁊ archā ⁊ al
tare incēſi intulit illuc ⁊ oſtiū ob
ſtruxit Et acceſſerūt quidā ſimul
qui ſequebant̄ ut notarēt ſibi lo
cū ⁊ nō potuerūt inuenire·Ut aūt
cognouit ieremias·culpās illos
dixit·ꝙ ignotus erit locus donec
ꝯgreget deꝰ ꝯgregacōnē ꝑpli ⁊ ꝓ
picius fiat·Et tūc dñs oñdet hec
⁊ apparebit maieſtas dñi et erit
nubes ſic et moyſi manifeſtabat̄
⁊ ſicut cū ſalomon pecijt ut locꝰ
ſctificaret̄ magno deo manifeſta
bat hec·Magnifice etenī ſapientiā
tractabat ⁊ ut ſapientiā hñs ob
tulit ſacrificiū dedicacōnis ⁊ ꝯſū
macōis tēpli·Sicut ⁊ moyſes ora
bat ad dñm ⁊ deſcēdit ignis de ce
lo ⁊ ꝯſūpſit holocauſtū ⁊ dixit
moyſes eo ꝙ nō ſit comeſtū qd
erat ꝓ pctō ⁊ ꝯſūptū eſt·Similit̄
et ſalomō octo diebꝰ celebrauit
dedicacōnē·Inferebant̄ aūt in de
ſcriptōibꝰ ⁊ ꝯmentarijs neemie
hec eadē Et q̄lit̄ ꝯſtruens biblio
thecā ꝯgregauit de regionibus li
bros ⁊ ꝓphetarū ⁊ dauid ⁊ epłas
regū ⁊ de donarijs·Similit̄ aūt et
iudas ea que didicerat ꝑ bellum
qd nob accidērat cōgregauit oīa
et ſūt apud nos·Si ḡ deſideratis
hec·mittite qui perferant vobis·

Acturi itaqꝫ purificacōem ſcripſi
mus vob̄. Bn̄ ḡ facietis ſi egeritis
hos dies. Deus aūt q̄ liberauit po
pulū ſuū ⁊ reddidit hereditatem
oībꝰ ⁊ regnū ⁊ ſacerdotiū ⁊ ſācti
ficacōem ſicut ꝓmiſit in lege: ſpe
ramꝰ ꝙ cito noſtri miſerebit̄ ⁊ cō
gregabit de ſub celo in locū ſācū
Eripuit em̄ nos de magnis picul̄
⁊ locum purgauit. De iuda vero
machabeo ⁊ de fratribꝰ eiꝰ ⁊ de tē
pli magni purificacōne ⁊ de are de
dicacōne. ſʒ ⁊ de prelijs q̄ ptinent
ad antiochū nobilē ⁊ filiū eiꝰ eu
patorē ⁊ de illuminacōibꝰ que de
celo facte ſūt ad eos qui ꝓ iudeis
fortit̄ fecerūt: ita ut vniuerſaʒ regio
nē cū pauci eēnt vēdicarēt ⁊ bar
barā multitudīeʒ fugarēt ⁊ famo
ſiſſimū toto orbe tēplū recuparēt
⁊ ciuitatē liberarent ut leges que
abolende erāt reſtituerent̄ dn̄o cū
oī tranquillitate ꝓpitio facto illis
itēqꝫ ab iaſone cyreneo quinqꝫ li
bris cōphenſa temptauimꝰ nos
vno volumine breuiare. Cōſiderā
tes em̄ multitudinē librorꝫ ⁊ diffi
cultatē volentibꝰ aggredi narra
tiones hiſtoriarꝫ ꝓpt̄ multitudinē
rerꝫ curauimꝰ volētibꝰ quidē lege
re ut eēt animi oblectacō. ſtudio
ſis vero ut facile poſſint memorie
cōmēdare. omnibꝰ aūt legētibus
vtilitas cōferat̄. Et nob̄ quidē ipſis
q̄ hoc opꝰ breuiādi cā ſuſcepimꝰ
nō facileʒ laborē. ymo vero nego
tiū plenū vigiliarꝫ ⁊ ſudoris aſſum
pſimus. Sicut hij q̄ prepant cōui
uiū ⁊ querūt aliorꝫ volūtati parē
ꝓpt̄ multorꝫ grām libent̄ laborē ſu
ſtinemꝰ. veritatē quidē de ſingul̄
auctoribꝰ cōcedentes. ipſi aūt ſcd̄m
datam formam breuitati ſtudētes
Sicut em̄ noue domus architecto
de vniuerſa ſtructura curandū ē.
ei vero q̄ pingere curat que apta
ſunt ad ornatū exquirenda ſunt:
ita eſtimāduʒ ē ⁊ in nob̄. Etem̄ in
tellectū colligere ⁊ ordiāre ſermo
nē ⁊ curioſiꝰ ptes ſingulas q̄ſqꝫ
diſquirere hiſtorie cōgruit auctori
breuitatē vero dictionis ſectari ⁊
executōnes rerꝫ vitare breuiāti cō
cedendū eſt. Hinc ḡ narracōeʒ in
cipiemꝰ: de prefacōne tm̄ū dixiſſe
ſuffitiat. Stultū etem̄ ē an̄ hiſtori
am effluere. i ipſa aūt hiſtoria ſuc
cingi. ¶ Capitulū. iij.
IGit̃ cū ſancta ciuitas habitaret̃ i
omni pace. leges etiaʒ adhuc op
time cuſtodirent̄ ꝓpt̄ oīe pontifi
cis diſpoſicōeʒ ⁊ pietatē ⁊ animo
odio hn̄tis mala: fiebat ut ⁊ ipſi
reges ⁊ pn̄cipes locū ſūmo hono
re dignuʒ ducerēt ⁊ templū maxi
mis muneibꝰ illuſtrarēt: ita ut ſe
leucus aſye rex de rēditibꝰ ſuis p̄
ſtaret oēs ſūptus ad miniſteriuʒ
ſacrifitiorꝫ ptinētes. Simon autē
de tribu beniamin prepoſitꝰ tēpli
cōſtitutus: cōtendebat obſiſtēte ſi
bi pn̄cipe ſacerdotū iniquū aliq̄d
i ciuitate moliri. Sʒ cū vincere oīa
nō poſſet: venit ad appollonium
tharſee filiuʒ q̄ illo tpe erat dux
celeſſyrie ⁊ phenicis ⁊ nūtiauit ei
pecunijs innumerabilibꝰ plenuʒ
eē erariū iheroſolimis ⁊ cōmunes
copias immēſas eē que n̄ ptinēt
ad racōem ſacrifitiorꝫ. eē aūt poſ
ſibile ſb̄ ptāte regis cadere vniūſa
Cūqꝫ ētuliſſet ad regē appollonꝰ
de pecunijs que delate erant: ille
accitum heliodoruʒ qui erat ſuper

negotia eiꝰ miſit cū mandatiſ ut
p̄dictā pecuniā tranſportaret· Sta
timq; heliodorus iter ē aggreſſuſ
ſpetie q̄dē q̄ſi p celeſſyriā ⁊ phenī
cē ciuitates eēt pagraturꝰ· re aūt
vera regis ꝓpoſitū pfecturus· Sʒ
cū veniſſet ierosolimā ⁊ benigne
a ſūmo ſacerdote in ciuitate eſſet
exceptꝰ· narrauit de dato indicō
pecuniaꝝ ⁊ cuiꝰ rei gratia adeſſet
aperuit· Interogabat autē ſi vera
hec ita eēnt· Tunc ſūmꝰ ſacerdos
oſ̄dit depoſita eē hec et victualia
viduaꝝ ⁊ pupilloꝝ· quedā vero
eē hircani thobie viri valde emi
nentis in hijs q̄ detuleāt impius
ſymon· vniūſa autē argēti talen
ta eſſe q̄dringenta ⁊ auri ducēta·
decipi vero eos q̄ credidiſſent lo
co ⁊ tēplo qđ p vniūſū mūdū ho
norat̄ ꝓ ſui veneratione ⁊ ſancti
tate oīno impoſſibile eſſe· At ille
ꝓ hijs que habebat in mādatis
a rege: dicebat ōni genere regi ea
deferenda· Cōſtituta aūt die intrē
bat de hijs heliodorus ordinatu
rus· Nō modica vero p vniūſaz
ciuitatē erat trepidacō· Sacđotes
aūt an̄ altare cū ſtol̄ ſacđotalibꝰ
iactauerūt ſe ⁊ inuocabāt de celo
eū qui de depoſitis legē poſuit ut
hijs q̄ depoſuerāt ea ſalua cuſto
diret· Jam vero qui videret ſūmi
ſacđotis vultū mēte vulnerabat̄
Faties ei et color īmutatus· decla
rabat inēnū animi dolorē· Circū
fuſa enī erāt meſtitia quedā viro
⁊ horror corpis p quē manifeſtuſ
aſpitiētibꝰ dolor cordis eiꝰ effitie
bat̄· Alij etiā gregatī de domibus
ꝯfluebant publica ſupplicatione
obſecrantes ꝓ eo ꝙ in cōtemptū

locus eēt venturꝰ· Accincteq; mu
lieres cilicijs pectus p plateas cō
fluebāt· ſʒ et v̇gines que cōcluſe
erāt ꝓcurrebāt ad oniaꝝ· alie āt
ad muros· q̄dā vero p feneſtraſ
aſpitiebant· vniūſe aūt ꝓtenden
tes manꝰ in celū dep̄cabant̄ Erat
enī miſera cōmixte multitudinis
⁊ magni ſacđotis ī agone cōſtitu
ti expectatio· Et hij quidē inuoca
bāt oīpotentē deū ut credita ſibi
hijs qui crediderāt cū ōni integri
tate ꝯſuarent̄· Heliodorus āt qđ
decreuerāt pficiebat· eodē loco ipſe
cū ſatellitibꝰ circa erariū p̄ſenſ·
ſʒ ſpūs oīpotētis dei magnā fecit
ſue oſtēſiōis euidentiā· ita ut oēs
qui auſi fuerāt pcere ei ruētes dei
v̇tute ī diſſolutionē ⁊ formidinē
ꝯuerterent̄· Apparuit enī illꝭ q̄dā
equus terribilē hn̄s ſeſſorē· opti
mis operimētis adornatus iſq; cū
impetu heliodoro p̄ores calces eli
ſit· Qui autē ei ſedebat videbatur
arma hr̄e aurea· Alij etiā apparue
rūt duo iuuenes v̇tute decori· op
timi glīa· ſpecōſiq; amictu q̄ circū
ſteterūt eū ⁊ ex vtraq; pte flagel
labāt ſine intmiſſiōe multis pla
gis v̇berantes· Subito aūt helio
dorus ꝯcidit in terrā: eūq; multa
caligine circūfuſū rapuerūt atq; in
ſella geſtatoria poſitū eiecerūt· Et
is qui cū multis curſoribꝰ ⁊ ſatel
litibꝰ p̄dictū ingreſſus eſt erariū
portabat̄ nullo ſibi auxiliū feren
te manifeſta dei cognita v̇tute· Et
ille quidē p diuinā v̇tutē iacebat
mutuſ atq; ōni ſpe ⁊ ſalute priua
tus· Hij aūt dn̄m bn̄dicebant ꝙ
magnificabat locū ſuū ⁊ templum
qđ paulo ante timore ac tumultu

erat plenū apparēte oīpotente do
mino gaudio ⁊ leticia impletū ē.
Tūc vero ex amicis heliodori qui
dā rogabant cōfeſtim oniā ut in
uocaret altiſſimū ut vitā donaēt
ei q̄ in ſupmo ſpū erat ↄſtitutus.
Cōſiderās autē ſūm⁹ ſacerdos ne
forte rex ſuſpicaēt maliciā aliquā
ex iudeis circa heliodoꝝ ↄſūmataꝫ
obtulit ꝓ ſalute viri hoſtiaꝫ ſalu
tarē. Cūqꝫ ſūm⁹ ſacerdos exoraēt
iīdē iuuenes eiſdē veſtibus amicti
aſtantes heliodoro dixerūt. Omie
ſacerdoti grās age. Nāqꝫ ꝑpt eū tibi
dñs vitaꝫ donauit. Tu aūt a deo
flagellatus: nuntia oīb⁹ magna
lia dei ⁊ poteſtatē. Et hijs dictis n̄
ↄparuerūt. Heliodor⁹ aūt hoſtia
deo oblata ⁊ votis magnis ꝓmiſ
ſis ei q̄ viuere illi ↄceſſit ⁊ omīe g̃
tias agēs: recepto exercitu repeda
bat ad regē. Teſtabat̄ aūt oīb⁹
ea q̄ ſb oculꝫ ſuis viderat opa ma
gni dei. Cū āt rex interogaſſꝫ helio
doꝝ q̄s eēt apt⁹ adhuc ſemel ihe
roſolimā mitti ait. Si quē hēs ho
ſtē ā regni tui inſidiatorē mitte il
luc ⁊ flagellatum eū recipies ſi tñ
euaſerit eo ꝙ in loco ſit vere dei q̄
dā vtus. Nā ipe q̄ habꝫ in celꝫ ha
bitacōeꝫ viſitator ⁊ adiutor ē loci
illi⁹ ⁊ veniētes ad maleficiēduꝫ ꝑ
cutit ac ꝑdit. Igit̄ de heliodoro et
erarij cuſtodia ita ſe res habet.

Symō aūt ꝑdict⁹ ¶ Ca. iiij.
pecuniaruꝫ et patrie delator
male lo q̄bat̄ de omia tāq̄ ipe heli
odoꝝ iſtigaſſet ad hec ⁊ ipe fuiſſꝫ
incētor maloruꝫ. ꝓuiſorēqꝫ cīuitatis
ac defenſorē gētis ſue ⁊ emulato
rē legis di audebat inſidiatorē re
gni dicē. Sꝫ cū inimicitie itātū ꝓce
derēt ut etiaꝫ ꝑ quoſdā ſymonis
neceſſarios homicidia fierēt: cōſi
derās onias piculū ↄtētiōis ⁊ ap
polloniū iſanire utpote ducē celeſ
ſyrie ⁊ phenicis ad augēdaꝫ ma
liciā ſymonis ad regē ſe cōtulit n̄
ut ciuiū accuſator. ſꝫ ↄmunē vtili
tatē apud ſemetipm vniūſe mlti
tudinis ↄſiderās. Videbat ei ſine
regali ꝓuidētia ipoſſibile eē paceꝫ
rebꝫ dari nec ſymonē poſſe ceſſaē
a ſtulticia ſua. Sꝫ poſt ſeleuci vite
exceſſum cū ſuſcepiſſet regnū anti
ochus q̄ nobilis appellabat̄: am
biebat iaſō frat̄ onie ſūmū ſacer
dotiuꝫ adito rege ꝓmitēs ei argē
ti talēta trecētaſexaginta ⁊ ex red
ditib⁹ alijs talēta octogīta. Sup
hoc ꝓmittebat ⁊ alia cētūq̄nq̄gin
ta ſi ꝑtāti ei⁹ ↄcederet̄ gimnaſiū ⁊
ephebiā ſibi cōſtituere ⁊ eos q̄ in
ihEroſolimis erāt ātiochenos ſcri
bē. Qd cū rex ānuiſſet ⁊ obtinuiſ
ſet p̄ncipatū: ſtatī ad gētileꝫ rituꝫ
ↄtribules ſuos transferre cepit ⁊
amotis hijs q̄ humanitatꝫ cā iu
deis a regibꝫ fuerāt cōſtituta ꝑ io
hāneꝫ patrē eupolemi q̄ apud ro
manos de amicitia et ſotietate fū
ctus ē legatiōe legittima: ciuiū iu
ra deſtituens ꝑua inſtituta ſācie
bat. Etenī auſus ē ſb ipa arce gim
naſiū ↄſtituere ⁊ optimos quoſqꝫ
ephebozum in lupanaribus pone
re. Erāt āt hoc non initium ſꝫ incre
mentum quoddam et profectus
gentilis ⁊ alienigene conuerſacō
nis propter impij ⁊ non ſacerdo
tis iaſonis nephatium ⁊ inaudi
tum ſcelus: ita ſacerdotes iam nō
circa altaris offitia dediti eſſent.
ſed contempto tēplo ⁊ ſacrificijs

neglectis feſtinarēt ꝑticipes fieri
paleſtre ⁊ ꝓbicōnis ei⁹ iniuſte ⁊
in exēciciis diſci ⁊ patrios quidē
honores nl̄ hn̄tes· grecas glorias
optimas arbitrabāt· Quaꝝ grā
periculoſa eos cōtentio habebat
et eoꝝ inſtituta emulabant̄ ac ꝑ
oīa hiis ꝯſimiles eē cupiebant
q̊s hoſtes ⁊ peremptores habue
rant· In leges eni̅ diuinas impie
agē impune nō cedit· ſ; hoc tēp⁹
ſequēs declarabit Cū aūt qnquē
nal' agon tyro celebraret̄ ⁊ rex p̄
ſens eēt· miſit iaſon facinoroſus
ab iheroſolimis viros peccatorēs
portātes argenti didragmas tre
centas ī ſacrifitiū hercul' quas po
ſtulauerūt hii qui apportauerāt
ne in ſacrificiis erogarent̄ q̊a nō
oporteret· ſed in alios ſūptus eas
deputari· Sed hec oblata ſūt q̊dē
ab eo qui miſerat in ſacrifitiū her
cul'· ꝓꝑt̄ p̄ſentes aūt date ſunt in
fabricā nauiū triremiū· Miſſo au
tē in egiptū appollonio neſthei fi
lio ꝓꝑt̄ p̄matus ptholomei phy
lometoris regis: cū ꝯgnouiſſet ā
tioch⁹ alienū ſe a negociis regni
effectū ꝓpriis vtilitatib⁹ ꝯſulens
ꝓfectus inde venit ioppē ⁊ inde ihe
roſolimā· Et magnifice a iaſone
⁊ ciuitate ſuſceptus cū facularꝫ lu
minib⁹ et laudib⁹ ingreſſus eſt
⁊ inde in phenicē exercitū conuītit
Et poſt triēnii tēp⁹ miſit iaſō me
nelaū ſup̄dicti ſymonis fratrem
portantē pecunias regi ⁊ de nego
ciis neceſſariis rn̄ſa platurū· At
ille ꝯmendatus regi cū magn̄ficaſ
ſet fatiem ꝑtātis ei⁹ in ſemetipm̄
retorſit ſūmū ſacerdotiū ſupponēs
iaſoni talenta argenti trecēta· Ac

ceptiſq; a rege mādatis venit· nl̄
quidē hn̄s dignū ſacerdotio· aīos
vero crudel' tyrāni ⁊ fere belue irā
gerēs· Et iaſon quidē q̄ ꝓpriū fra
trē captiuauerat ipē decept⁹ ꝓfu
gus in āmanitē expulſus eſt regi
onē· Menela⁹ aūt ꝑncipatū qui
dē obtinuit· de pecuniis vero regi
ꝓmiſſis nl̄ agebat cū exactionē
faceret ſoſtratus qui arci erāt pre
poſitus· Naꝫ ad hūc exactio vecti
galiū ꝑtinebat quā ob cām vtri
q; ad regē ſunt euocati· Et mene
la⁹ mot⁹ eſt a ſacerdotio ſuccedē
te lyſimacho fratre ſuo· ſoſtrat⁹
autē p̄lat⁹ ē cipriis· Et cū hec age
rent̄ ꝯtigit tharſēſes ⁊ mallotas
ſeditionē mouere eo ꝙ antiochi
regis ꝯcubine dono eſſent date·
Feſtinant̄ itaq; rex venit ſedare
illos relicto ſuffecto vno ex comi
tib⁹ ſuis andronico· Ratus autē
menelaus accepiſſe ſe tēp⁹ opor
tunū· aurea quedā vaſa e tēplo
furat⁹ donauit andronico ⁊ alia
vendiderat tyro ⁊ ꝑ vicinas ciui
tates· Qd cū certiſſime cognouiſ
ſet onias arguebat eū· ipē in loco
tuto ſe continēs antiochie ſecus
daphnē· Vn̄ menelaus accedēs
ad andronicū rogabat ut oniā
interficeret· Qui cū veniſſ; ad oniā
⁊ datis dextris cū iureiurando q̄ꝗ
uis eēt ei ſuſpectus ſuaſiſſet de aſi
lo ꝓcedere· ſtatī eū ꝑemit nō veri
tus iuſtitiā· Ob quā cauſā nō ſo
lū iudei· ſ; etiā alieq; nacōnes in
dignabant̄ ⁊ moleſte ferebāt de
nece tanti viri iniuſta· Sed regreſ
ſū regē de cilitie locis adierūt iu
dei apud antiochiā ſimul ⁊ greci
conquerētes de iniqua nece onie

Contriſtatus itaqꝫ antiochꝰ aīo
ꝓpt̃ oīa ⁊ flexꝰ ad miſericordiaꝫ
lacrimas fudit recordatꝰ defūcti
ſobrietatē ⁊ modeſtiā. Accenſiſqꝫ
a nimis andronicū purpura exu
tū p totā ciuitatē iubet circūduci
⁊ in eodē loco ī q̄ ī oīa impietatē
ꝯmiſerat ſacrilegū vita p̄uari: do
mino illi ꝯdignā retribuēte penā
Multis aūt ſacrilegijs in tēplo a
lyſimacho ꝯmiſſis menelai ꝯſilio
⁊ diuulgata fama ꝯgregata ē mł
titudo aduerſū lyſimachū multo
iam auro exportato. Turb̃ aūt in
ſurgentibꝰ ⁊ animis ira repletis
lyſimachꝰ armatis fere tribꝰ mi
libꝰ iniq̄s maībꝰ vti cepit: duce q̄
dā tyrāno etate parit̃ et demētia
ꝓuecto Sꝫ ut intellexerūt conatū
lyſimachi: alij lapides. alij fuſtes
validos arripuere. quidā vero ci
nerē in lyſimachū iecere Et multi
q̄dā vulnerati quidā aūt ⁊ ꝓſtrā
ti. oēs vero in fugā ꝯuerſi ſūt. Ip
ſū etiā ſacrilegū ſecuſ erariū interfe
cerūt. De hijs ḡ cepit inditiū ad
uerſus menelaū agitari. Et cū ve
niſſet rex tyꝝ: ad ipm negotiū de
tulerūt miſſi tres viri a ſenioribꝰ
Et cū ſuparet̃ menelaꝰ ꝓmiſit pto
lomeo multas pecunias dare ad
ſuadendū regi. Itaqꝫ ptolomeꝰ in
quodā atrio poſitū q̄ſi refrigerā
di grā regē adijt ⁊ deduxit a ſentē
tia ⁊ menelaū q̄dē vniuerſe mali
tie reū criminibus abſoluit. miſe
ros āt qui etiā ſi apud ſcitas cau
ſā dixiſſent innocētes iudicarent̃
hos morte dānauit. Cito ḡ iniuſtā
penā dederūt q̄ ꝓ ciuitate ⁊ ꝓplo ⁊
ſacris vaſis cāꝫ ꝓſecuti ſūt. Quā
ob reꝫ tyrijqꝫ indigāti erga ſepul
turā eoꝝ liberaliſſimi extiterūt.
Menelaꝰ aūt ꝓpt̃ eoꝝ qui in potē
tia erāt auaritiā ꝑmanebat in po
teſtate: creſcens in malitia ad inſi
dias ciuium. ¶ Ca. v.

Eodē tpe antiochꝰ ſcđam ꝓ
fectionē parauit in egiptū Cō
tigit aūt ꝑ vniuerſā ihroſolimo
rū ciuitatē videri diebꝰ q̄dragita
p aera eq̄tes diſcurrētes aureas
ſtolas hn̄tes ⁊ haſtas q̄ſi cohor
tes armatas ⁊ curſus equoꝝ per
ordines digeſtos ⁊ ꝯgreſſiones fi
eri cominꝰ ⁊ ſcutoꝝ motus et ga
leatoꝝ multitudīeꝫ gladijs diſtri
ctis ⁊ teloꝝ iactꝰ ⁊ aureoꝝ armo
rū ſplēdorē: oīſqꝫ generis loricaꝝ
Quapꝓpt̃ oēſ rogabāt in bonū mō
ſtrā ꝯuerti. Sꝫ cū falſus rumor exiſ
ſet tanq̄ vita exceſſiſſet antiochꝰ
aſſumptis iaſō nō minꝰ mille vi
ris aggreſſus ē ciuitatē repente ⁊
ciuibꝰ ad muꝝ ꝯuolātibꝰ ad vl
timū apprehēſa ciuitate menelaꝰ
fugit ī arcē. Iaſō vero nō parcebat
ī cede ciuibꝰ ſuis nec cogitabat ꝓ
ſꝑitatē aduſū cognatos malū eē
maximū: arbitrās hoſtiū ⁊ nō ciui
um ſe trophea capturꝝ Et pn̄cipa
tū q̄dē nō obtinuit. finē vero īſidi
aꝝ ſuaꝝ ꝯfuſiōeꝫ accepit ⁊ ꝓfugꝰ
iteꝝ abijt ī āmanitē. Ad vltimuꝫ
ī exitiū ſui ꝯcluſus ab aretha ara
bū tyrāno: fugiēs de ciuitate in ci
uitatem oībꝰ odioſus ut refuga
legū ⁊ execrabil̃ ut patrie ⁊ ciuiū
hoſtis ī egiptū extruſus ē ⁊ q̄ mł
tos de patria ſua expulerat: pere
gre perijt lacedemonias ꝓfectꝰ q̄
ſi ꝓ ꝯgnatiōe ibi refugiū habitu
rꝰ ⁊ q̄ iſepultos multoſ abiecerāt
ipſe illamētatꝰ ⁊ iſepultꝰ abicit̃

ſepultura neqꝫ peregrina vſus neqꝫ
patrio ſepulchro pticipās· Hijs
ita geſtis ſuſpicatus ē rex ſotieta
tē deſturos iudeos et ob hoc pfe
ctus ex egipto efferatis animis ci
uitatē quidē armis cepit· Juſſit
aūt militibus inficere·nec pcere
occurſātib⁹ ꝛ p domos aſcēdētes
trucidare· Flebant ergo cedes iu
uenū ac ſenio℞ mulie℞ ꝛ nato℞ū
exterminia·v̉ginūqꝫ ꝛ paruuloruꝫ
neces· Erāt aūt toto triduo octo
gintamilia interfecti·quadragin
tamilia vincti·nō minus autē ve
nūdati· Sed nec iſta ſuffitiūt· Au
ſus eſt etiāz intrare templū vniū
ſa terra ſāctius menelao ductore
qui leguꝫ ꝛ patrie fuit pditor· Et
ſceleſtis manib⁹ ſumēs ſācta va
ſa que ab alijs regib⁹ et ciuitati
b⁹ erant poſita ad ornatū loci et
gloriā ɔtrectabat indigne ꝛ cōta
minabat· Jta alienatus mēte an
tiochus nō ɔſiderabat ꝙ ꝓpt̄ pec
cata habitantiū ciuitatē modicū
deus fuerat iratus· ꝓpter qd̄ ꝛ ac
cidit circa locū deſpectio· Alioqn̄
niſi ɔtigiſſet eos multis pctīs eē
inuolutos·ſicut heliodorus q̄ miſ
ſus eſt a ſeleuco rege ad expoliā
dum erariū·etiā hic ſtatim adue
niens flagellat⁹ ꝛ repulſus vtiqꝫ
fuiſſet ab audatia· Verū nō ꝓpt̄
locū gentē·ſꝫ ꝓpter gentē locum
deus elegit· Jdeoqꝫ ꝛ ipē locus pā
ticeps fact⁹ ē ꝑplī malorū·poſtea
aūt fiet ſotius bono℞ ꝛ qui dereli
ctus in ira dei ōmipotentis eſt·ite
rū in magni dn̄i recōciliacōne cū
ſū'ma gloria exaltabit· Jgitur an
tiochus milleoctingētis ablatis
de templo talentis velociť antio
chiā regreſſus eſt exiſtimās ſe ꝓ
ſupbia terraꝫ ad nauigandū·pe
lagus vero ad iter agendū dedu
ctu℞ ꝓpt̄ mentis elationē· Reliq̄t
aūt ꝛ prepoſitos ad affligendaꝫ
gentē iheroſolimis quidē philip
pū genere frigē·morib⁹ crudelio
rem eoipſo a quo cōſtitutus eſt·
in gariſim auteꝫ andronicū ꝛ me
nelaū qui grauj⁹ ꝙ ceteri immine
bant ciuib⁹· Cūqꝫ appoſitus eſſꝫ
contra iudeos miſit odioſū pn̄ci
peꝫ appollomū cū exercitu viginti
et duob⁹milib⁹·precipiēs ei oēs
pfecte etatiſ inficere·mulieres ac
iuuenes vendere· Qui cū veniſſet
iheroſolimā pacē ſimulans quie
uit vſqꝫ ad dieꝫ ſanctū ſabbati ꝛ
tunc feriatis iudeis arma capere
ſuis p̄cepit Omneſqꝫ ſiml' qui ad
ſpectaculū pceſſerant trucidauit
ꝛ ciuitatē cū armatis diſcurrēs in
gentē mltitudinē peremit· Judaſ
aūt machabeuſ qui decim⁹ fuerāt
ſeceſſerat in deſertū locū·ibiqꝫ inť
ferās vitā in montib⁹ cū ſuis age
bat ꝛ feni cibo veſcētes demorabā
tur ne pticipes eēnt coinq̄nacōis·

Sed nō poſt multū ¶Ca·vi·
temp⁹ miſit rex ſeneꝫ quen
dā ātiocenū qui ɔpelleret iudeos
ut ſe trāſferrent a patrijs ꝛ dei le
gib⁹·cōtaminare etiam qd̄ in ihe
roſolimis erat templū ꝛ ɔgnomi
nare iouis olimpi ꝛ in garizim p
ut erant hij q̄ locuꝫ inhabitabāt
iouis hoſpitalis· Peſſima autē ꝛ
vniūſis grauis erat malo℞ incur
ſio· Nā templū luxuria ꝛ comeſſa
tionib⁹ erat plenū et ſcortantiuꝫ
cū meretricib⁹:ſacrīſqꝫ edib⁹mu
lieres ſe vltro igēbāt introferētes

ea que nō licebat· Altare etiā ple
nū erat illicitis que legibus ꝓhi
bebant· Neqꝫ aūt ſabbata cuſto
diebāt neqꝫ dies ſollēnes patrij
ſuabant· nec ſimpliciter ſe quiſꝗ̄
iudeū ꝯ̄ticebat· Ducebant aūt cū
amara neceſſitate in die natal' re
gis ad ſacrificia ⁊ cum liberi ſacr̄
celebrarent: cogebant edera coro
nati libero circuire· Decretuꝫ auteꝫ
exiuit in ꝓximas ciuitates genti
liū ſuggerētib9 ptolomeis ut pa
ri modo ⁊ ipſi adu̾ſus iudeos age
rent ut ſacrificarent· eoꝶ aūt qui
nollent trāſire ad inſtituta genti
liū interficerent· Erat ḡ videre mi
ſeriā· Due eñ mulieres delate ſūt
natos ſuos circūcidiſſe quas ad
vbera infantib9 ſuſpēſis cū publi
ce ꝑ ciuitatē circūduxiſſent ꝑ mu
ros precipitauerūt· Alij vero ad
ꝓximas coeuntes ſpelūcas ⁊ latē
ter ſabbati diē celebrantes cū in
dicati eēnt philippo flāmis ſuccē
ſi ſunt eo ꝙ verebant̄ ꝓpt̄ religio
nē ⁊ obſeruantiā manu ſibimet
auxiliū ferre· Obſecro autē eos q̄
hunc libꝝ lecturi ſunt ne abhorre
ſcāt ꝓpt̄ aduerſos caſus· ſʒ repu
tent ea q̄ acciderūt nō ad interitū
ſʒ ad correctōnē eē generis noſtri
Etenī multo tp̄e nō ſinere peccato
ribꝫ ex ſētentia agere· ſʒ ſtatim vl
tiones adhibere: magni bn̄ficij ē
inditiū· Nō eñ ſicut in alijs nacō
nibꝫ dn̄s patient̄ expectat: ut eaꝶ
cū iudicij dies aduenerit in pleni
tudine peccatoꝝ puniat: ita ⁊ i no
bis ſtatuit ut peccatis noſtris i fi
nē deuolutis ita demū in nos vin
dicet ꝓpter qḋ nunꝗ̄ quideꝫ a no
bis miſericordiam ſuam amouet
corripiens vero in aduerſis ꝑlēm
ſuū nō derelinquit· Sed hec nobꝭ
ad ꝯmonicōem legentium dicta
ſint paucis· iam auteꝫ veniendū
ē ad narracōem· Igit̄ eleazarus
vn9 de p̄moribus ſcribaꝝ vir eta
te ꝓuectus ⁊ vultu decorus apto
ore hians cōpellabat̄ carnē porci
nam mādučare· at ille glorioſiſſi
mā morteꝫ magis ꝗ̄ odibilē vitā
complectēs: volūtarie preibat ad
ſuppliciuꝫ· Intuens aūt quō opor
teret accidere: patient̄ ſuſtinēs de
ſtinauit n̄ admittere illicita ꝓpter
vite amorē· Hij aūt qui aſtabāt
iniqua miſeracōne ꝯmoti ꝓpter ā
tiquā viri amicitiā: tollentes euꝫ
ſecreto rogabāt afferri carnes q̇
bus veſci ei licebat: ut ſimularet̄
māducaſſe ſicut rex imperauerat
de ſacrificij carnib9: ut hoc facto
a morte liberaret̄ ⁊ ꝓpter veterē vi
ri amicitiā hanc in eo facerēt hu
manitatē· At ille cogitar̄e cepit eta
tis ac ſenectutis ſue eminentiam
dignaꝫ ⁊ ingenite nobilitatis ca
nitiem atqꝫ a puero optime ꝯuer
ſacōnis actus ⁊ ſcđm ſācte ⁊ a deo
condite legis cōſtituta r̄ndit cito
dicens p̄mitti ſe velle in infernuꝫ
Non eñ etateꝫ noſtrā dignū eſt
inq̇t fingere ut multi adoleſcētes
arbitrantes eleazarū nonaginta
annoꝝ tranſiſſe ad vitam alieni
genaꝝ ⁊ ipſi ꝓpter meam ſimula
tionē ⁊ ꝓpter modicum corrupti
bilis vite tempus decipiant̄ ⁊ per
hec maculam atqꝫ execrationem
mee ſenectuti conquirā· Nam ⁊ ſi
in preſenti tempore ſupplicijs ho
minū eripiar· ſʒ manuꝫ omnipotē
tis nec viu9 nec defūctus effugiā·

Quã ob rē̃ fortit̃ vitã ꝫ excedēdo ſe
nectute quidē̃ dign⁹ appaẽbo· ado
leſcentibꝫ aũt exemplũ forte relin
quã ſi ꝓmpto animo ac fortit̃ ꝓ
grauiſſimis ac ſanctiſſimis legib⁹
honeſta morte perfūgar· Hijs di
ctis ꝯfeſtim ad ſupplitiũ trahеba
tur· Hij aũt qui eum ducebant ⁊
paulo ante fuerãt mitiores in irã
conũſi ſunt ꝓpt̃ ſmones ab eo di
ctos quos illi ꝑ arrogantiã ꝓla
tos arbitrabant̃· Sed cũ plagis
perimeret̃ ingemuit et dixit· Dñe
qui habes ſãctã ſcientiã manife
ſte tu ſcis· ꝙ cum a morte poſſem
liberari duros corpis ſuſtineo do
lores· ſcdꝫ animã vero ꝓpt̃ timorē̃
tuũ libent̃ hec patior· Et iſte quidē̃
hoc modo vita deceſſit· nõ ſolũ in
uenib⁹· ſ ⁊ vniũſe gẽti memoriã
mortis ſue ad exemplũ v̓tutis et
fortitudis derelinquẽs· ¶ Ca· vij·

Contigit aũt ſeptem fratres
vna cum matre apprehẽſos
ꝯpelli a rege edere ꝯtra fas carnes
porcinas· flagris ⁊ taureis cruciã
tos· Vn⁹ aũt ex illis qui erat pri
m⁹ ſic ait· Quid queris ⁊ qd̃ vis
diſcere a nobis· Parati ſum⁹ mo
ri magis ꝙ̃ patrias dei leges pre
uaricai· Iratus itaqꝫ rex iuſſit ſar
tagines ⁊ ollas eneas ſuccendi q̃
b⁹ ſtatim ſuccẽſis· iuſſit ei qui pri
or fueãt locutus amputari liguã
⁊ cute capitis abſtracta ſũmas qꝫ
man⁹ ⁊ pedes ei ꝑcidi· ceteris ei⁹
fratrib⁹ ⁊ matre inſpitientib⁹· Et
cũ iam ꝑ omnia inutil̃ factus eẽt
iuſſit ignem admoueri ⁊ adhuc
ſpirantē̃ torrei in ſartagine ĩ qua
cũ diu cruciaret̃· ceteri vna cũ ma
tre inuicē̃ ſe hortabant̃ mori forti

ter dicentes· Dñs de⁹ aſpitiet veri
tatē̃ ⁊ ꝯſolabit̃ ĩ nobis quemad
modũ in ꝓteſtatiõe cantici decla
rauit moyſes et in ſuis ſuis cõſo
labit̃· Mortuo itaqꝫ illo ꝑmo hoc
modo ſequẽtẽꝫ deducebãt ad illu
dendũ ⁊ cute capitis eius cum ca
pillis abſtrĉta interrogabant ſi
mãducaret prius ꝙ̃ toto corpore
ꝑ mẽbra ſingula puniret̃· At ille
rñdens patria voce dixit· Nõ faci
am· Propt̃ qd ⁊ iſte ſequenti lo
co ꝑmi tormẽta ſuſcepit et ĩ vltio
ſpiritu ꝯſtitutus ſic ait Tu quidē̃
ſceleſtiſſime in pñti vita nos per
dis· ſ rex mũdi defunctos nos ꝓ
ſuis legib⁹ ĩ eterne vite reſurrecti
onẽ ſuſcitabit· Poſt hũc tercius
illudit̃ ⁊ linguã ꝫ poſtulatus cito
ꝓtulit ⁊ man⁹ ꝯſtant̃ extendit ⁊
cũ fiducia ait· E celo iſta poſſideo·
ſ ꝓpt̃ di leges nũc hec ipa deſpicõ
qm̃ ab ipõ me ea receptuꝝ ſpero·
Ita ut rex ⁊ qui cum ipõ erant mi
rarent̃ adoleſcẽtis animũ ꝙ tãqꝫ
nihil duceret cruciat⁹· Et hoc ita
defuncto: quartũ vexabãt ſimilit̃
torquentes· Et cum iã eẽt ad mor
tẽ ſic ait· Poti⁹ eſt ab hominib⁹
morti datos ſpem expectare a deo
iteꝝ ab ipõ reſuſcitandos Tibi eñ
reſurrectio ad vitã nõ erit· Et cum
admouiſſent qñtũ vexabant eũ
At ille reſpitiẽs in euꝫ dixit· Pote
ſtatẽ int̃ hoĩes habẽs cum ſis cor
ruptibilis facis qd vis· Noli autẽ
putare gen⁹ noſtrũ a deo eẽ dereli
ctũ· Tu aũt patient̃ ſuſtine et vi
debis magnã ꝑtãtem ipſi⁹ quali
ter te et ſemen tuũ torq̃bit· Poſt
hũc ducebant ſextũ et is mori ĩci
piens ſic ait· Noli fruſtra errare·

Nos enĩ ꝓpter noſmetipõs hec pa
timur peccãtes in deũ noſtꝝ ⁊ dig
ammiracõne facta ſũt in nob̃. Tu
autẽ ne exiſtimes tibi ĩpune futu
rũ ꝙ ↄtra deũ pugnaẽ temptaue
ris. Supra modũ autẽ maẽ mira
bilis et bonoꝝ memoria digna q̃
pereuntes ſepteꝫ filios ſub vnius
diei tẽpe cõſpitiens bono aĩo fere
bat ꝓpẽ ſpem quã in deũ habebat
ſingulos autẽ illoꝝ hortabaẽ vo
ce patria fortiẽ repleta ſapientia
⁊ feminee cogitacõi maſculinum
aĩm inferẽs dixit ad eos. Neſcio
qualiẽ in vtero meo apparuiſtis.
Neqꝫ ei ego ſpm̃ ⁊ aĩaꝫ donaui vo
bis ⁊ vitaꝫ ⁊ ſinguloꝝ mẽbra nõ
ego ip̃a cõpegi. Sedem mũdi crea
tor qui formauit hõis natiuitateꝫ
q̃qꝫ omniũ inuenit originẽ ⁊ ſpm̃
vob̃ iteꝝ cũ miſericordia reddet ⁊
vitã ſicut nũc voſmetipõs deſpici
tis ꝓpẽ leges eiꝰ. Antiochꝰ auteꝫ
ↄtẽni ſe arbitratꝰ filẽ ⁊ exprobrã
tis voce deſpecta cũ adhuc adole
ſcẽtior ſupeẽẽt: non ſolũ verb̃ horta
baẽ ꝫ ⁊ cũ iuramẽto affirmabat
diuitẽ ſe ⁊ beatũ factuꝝ ⁊ tranſla
tũ a patrijs legibus amicũ habi
tuꝝ ⁊ res neceſſarias ei prebituꝝ
Sed ad hec cũ adoleſcẽs nequaꝗ̃
ĩdinaẽẽ võuit rex mrẽꝫ ⁊ ſuadebat
ei ut adoleſcẽti fieret in ſalutẽ. Cũ
aũt multis eaꝫ verb̃ eẽt hortatus
ꝓmiſit ſuaſuraꝫ ſe filio ſuo. Itaqꝫ
indiata ad illũ irridẽs crudeleꝫ ty
rannũ ait patria voce. Fili mi mi
ſerere mei que te ĩ vtero nouẽ mẽ
ſibꝰ portaui ⁊ lac triennio dedi et
alui ⁊ in etateꝫ iſtam perduxi. Pe
to nate ut aſpitias ad celum ⁊ ter
ram ⁊ ad omnia que in eis ſunt ⁊

intelligas quia ex nihilo fecit illa
deus ⁊ hominũ genus: ita fiet ut
nõ timeas carnificem iſtum. ꝫ di
gnus fratribꝰ tuis effectus ſuſci
pe morteꝫ ut in illa miſeracõne cũ
fratribus tuis te recipiã. Cuꝫ hec
illa adhuc diceret ait adoleſcens
Quem ſuſtinetis. Non obedio p̃
cepto regis. ꝫ precepto legis que
data eſt nobis p moyſen. Tu ve
ro qui inuentor omnis malitie fa
ctus es ĩ hebreos nõ effugies ma
num dei. Nos enim ꝓ peccatis no
ſtris hec patimur. Et ſi nobis ꝓpẽ
increpationem ⁊ correpcõeꝫ dñs
deꝰ noſter modicũ iratus ẽ. ꝫ iteꝝ
recõciliabiẽ ſuis ſuis. Tu ãt o ſce
leſte ⁊ õiuꝫ hoim flagicõſiſſime
noli fruſtra extolli vanis ſpebus
in ſuos eiꝰ inflãmatus. Nõdũ ei
omnipotentis dei ⁊ omnia inſpiti
entis iuditiũ effugiſti. Nam frẽs
mei modico nũc dolore ſuſtẽtato
ſub teſtamento eterne vite effecti
ſũt. tu vero iuditio dei iuſtas ſup
bie tue penas exolues. Ego aũt ſi
cut ⁊ fratres mei animã ⁊ corpus
meũ trado ꝓ patrijs legibꝰ inuo
cans deũ maturius gẽti noſtre ꝓ
pitiũ fieri. teqꝫ cum tormẽtis ⁊ ver
beribus confiteri ꝙ ipſe eſt deus ſo
lus. In me vero ⁊ in fratribꝫ meis
definet omnipotentis ira que ſup
omne genꝰ noſtꝝ iuſte ſuperdu
cta eſt. Tũc rex accenſus ira ĩ hũc
ſup oẽs crudeliꝰ deſeuit: indigne
ferens ſe deriſũ. Et hic itaqꝫ mũdꝰ
obijt p omnia in dño confidens.
Nouiſſime auteꝫ poſt filios ⁊ ma
ter conſumpta eſt. Igitur de ſacri
ficijs ⁊ de nimijs crudelitatibꝰ ſa
tis dictũ eſt. ¶ Capitulũ. viij.

Iudas vero machabeꝰ ⁊ qui cū il
lo erāt introibāt latēter in caſtel
la ⁊ ɔuocātes ɔgnatos ⁊ amicos
⁊ eos qui ꝑmanſerant in iudaiſ
mo aſſumentes : eduxerūt ad ſe
ſexmilia viros· Et inuocabāt do
minū ut reſpiceret ī ꝑplm qui ab
oībus calcabat̄ et miſereret̄ tem
plo qd̄ cōtaminabat̄ ab impijs·
Miſereret̄ etiā exterminio ciuitatis
que eēt ilico ɔplanāda ⁊ vocē ſā
guinis ad ſe clamantis audiret·
memoraret̄qꝫ iniqſſimas mortes
ꝑuuloꝝ innocentiū ⁊ blaſpheias
noī ſuo illatas ⁊ indignaret̄ ſup
hijs· At machabeꝰ ɔgregata mlẗ
titudine intolerabilis gentibꝰ ef
ficiebat̄· Ira enī dn̄i in miām con
uerſa eſt· Et ſupueniēs caſtellis
⁊ ciuitatibꝰ improuiſus ſuccende
bat eas ⁊ oportūa loca occupās
nō paucas hoſtiū ſtrages dabat
Maxime aūt noctibꝰ ad huiuſce
mōi excurſus ferebat̄ ⁊ fama vtu
tis eiꝰ vbiqꝫ diffundebat̄· Vidēs
aūt philippus paulatī viꝝ ad ꝑ
fectū venire ac frequentius res ei
cedere ꝓſpe ad ptholomeū ducē
celeſſyrie ⁊ phenicis ſcripſit ut au
xiliū ferret regis negocijs· At ille
velocit̄ miſit nichanorē patrocli
de p̄morībꝰ amicū datis ei de per
mixtis gentibꝰ armatis nō minꝰ
vigintimilibꝰ ut vniūſū iudeoꝝ
genꝰ deleret adiūcto ei et gorgia
viro militari et in bellicis rebꝰ ex
periētiſſimo· Cōſtituit aūt nicha
nor regi ut tributuꝫ qd̄ romanis
erat dandū duomilia talentoꝝ
de captiuitate iudeorum suppleret·
Statiqꝫ ad maritimas ciuitates mi
ſit cōuocans ad coemptionē in

daicoꝝ mācipioꝝ ꝓmittēs ſe no
nagīta mācipia talēto diſtrcꝰuꝝ
non reſpitiens ad vindictā que
eū ab oīpotente eēt ɔſecutura· Iu
das aūt vbi ɔperit· īdicauit hijs
qui ſecū erant iudeis nichanoris
aduentū· Ex quibꝰ quidaꝫ formi
dantes ⁊ nō credētes dei iuſtitie ī
fugā vertebant̄· alij vero ſi qui de
hijs ſuperāt veniebant· ſimulqꝫ
dn̄m dep̄cabant̄ ut eripet eos de
impio nichanore qui eos p̄uſqꝫ ī
cominꝰ veniret vendiderat· Et ſi nō
ꝓpt̄ eos· ꝓpt̄ teſtamētū qd̄ eāt ad
patres eoꝝ ⁊ ꝓpt̄ inuocacōem ſā
cti ⁊ magnifici noīs eiꝰ ſup ipōs
Cōuocatis aūt machabeꝰ ſeptē
milibꝰ qui cū ipſo erāt rogabat
ne hoſtibꝰ recōciliarent̄· neqꝫ me
tuerent inique venientiū aduſuꝫ
ſe hoſtiū multitudinē· ſꝫ fortit̄ con
tenderent an̄ oculos hn̄tes cōtu
meliā que loco ſancto ab hijs in
iuſte eēt illata· itemqꝫ ⁊ ludibrio
habite ciuitatis iniuriā adhuc etiā
veteꝝ inſtituta cōuulſa· Nam illi
quidē armis ɔfidūt ait ſiml̄ ⁊ au
dacia· nos autē in oīpotente dn̄o
qui pōt ⁊ venientes aduſū nos ⁊
vniuerſū mundū vno nutu dele
re cōfidimꝰ· Ammonuit aūt eos
⁊ de auxilijs dei q̄ facta ſunt erga
parentes et qꝫ ſb̄ ſenacherib cētū
octogintaqn̄qꝫ milia perierunt ⁊
de ꝑlio qd̄ eis aduſus galathas
fuit in babilonia ut oēs vbi ad
rem ventū eſt macedonibꝰ ſocijs
heſitantibꝰ· ipi ſexmilia ſoli· pere
merūt centūvigintimilia ꝓpt̄ au
xiliū illis datū de celo ⁊ bn̄ficia ꝓ
hijs plurima ɔſecuti ſūt· Hijs ver
bis cōſtātes effecti ſūt ⁊ ꝓ legibꝫ

⁊ patria mori parati. Conſtituit
itaq; fratres ſuos duces vtriq; or
dini ſymonem ⁊ ioſephū ⁊ iona
thā ſubiectis vniuiq; millenis ⁊
⁊ qngentenis: ad hoc etiā ab ezra
lecto illis ſācto libro ⁊ dato ſigno
adiutorij dei in prima acie ipſe dux
cōmiſit cū michanore. Et facto ſibi
adiutore omnipotēte interfecerūt
ſup nouem milia hominū. maiorem
aūt ptē exercitus michanoris vul
neribꝰ debilē factam fugere ꝯpule
runt. Pecunijs vero eoꝝ q ad em
ptionem ipoꝝ venerāt ſublatis: ip
ſos vſq; quaq; perſecuti ſūt. ſz redu
ci ſunt ora ꝯcluſi. Nam erat ante
ſabbatū quā ob cauſā nō pſeue
rauerūt inſequētes. Arma autem
ipoꝝ ⁊ ſpolia cōgregantes ſabba
tū agebant bñdicentes dñm qui
liberauit eos in iſto die miſericor
die initiū ſtillās in eos. Poſt ſab
batū vero debilibꝰ ⁊ orphanis et
viduis diuiſerūt ſpolia ⁊ reſidua
ipi cum ſuis habuere. Hijs ita ge
ſtis ⁊ cōmunit ab omnibꝰ facta
obſecratōne: miſericordē dñm po
ſtulabant ut in finē ſeruis ſuis re
conciliaret. Et ex hijs qui cū timo
theo ⁊ bachide erant ꝯtra ſe con
tendētes ſup vigintimilia interfe
cerūt ⁊ munitiones excelſas obti
nuerūt ⁊ plures pdas diuiſerunt
equā portionem debilibꝰ pupillis
⁊ viduis. ſz et ſenioribꝰ facientes
Et cū arma eorū diligent collegiſ
ſent: omnia cōpoſuerunt in locis
oportunis. Reſidua vero ſpolia
iheroſolimā detulerūt ⁊ philarcē
q cū thimotheo erat interfecerūt
virū ſceleſtū qui in multis iudeos
afflixerat. Et cum epicinia agerēt
in iheroſolimis eos qui ſacras ia
nuas incenderūt ideſt caliſthenē
cū in quoddā domiciliū refugiſſz
incenderūt: digna ei mercede p im
pietatibꝫ ſuis reddita. Facinoroſiſ
ſimus aūt michanor qui mille ne
gotiantes ad iudeoꝝ vendicōnē
adduxerāt humiliatus auxilio do
mini ab hijs quos nullos exiſti
mauerat: depoſita veſte glorie per
mediterraneā fugiens ſolus venit
antiochiā: ſūmā infelicitatē de in
teritu ſui exercitus ꝯſecutus. Et q
promiſerat romanis ſe tributū re
ſtituē de captiuitate iheroſolimo
rū: pdicabat nūc protectorē deū ha
bere iudeos ⁊ ob ipm iuulnerabi
les eē eo ꝙ ſequerentur leges ab
ipō conſtitutas. ¶ Ca. ix.
Eodem tpe antiochꝰ inhone
ſte reuertebatur de pſide. Intrā
uerat enī in eā q dicit pſipol ⁊ tē
ptauit expoliare templū ⁊ ciuitatē
opprimere. ſz multitudie ad arma
ꝯcurrēte in fugam verſi ſūt ⁊ ita cō
tigit ut antiochꝰ poſt fugā turpi
ter rediret. Et cū veniſſet circa eg
bathanan: recognouit q erga mi
chanorē ⁊ timotheū geſta ſūt. Ela
tus aūt in ira arbitrabat ſe iniu
riā illorū qui ſe fugauerāt poſſe i
iudeos retorq̄re. ideoq; iuſſit agi
tari currū ſuū ſine intermiſſione
agēs iter celeſti eū iudicio purgē
te: eo ꝙ ita ſuplre locutꝰ ē ſe ventu
rū iheroſolimā ⁊ ꝯgeriē ſepulchri
iudeoꝝ eam facturū. Sz qui vniuer
ſa cōſpicit dominus deus iſrahel
pcuſſit eum inſanabili ⁊ inuiſibi
li plaga. Ut enī finiuit hunc ipm
ſermonē: apprehēdit eū dolor dirꝰ
viſcerū ⁊ amara internoꝝ tormēta.

Et quidē ſatis iuſte quippe q̄ mul
tis ⁊ nouis cruciatibus alioꝝ tor
ſerat viſceā·licet ille nullo modo
a ſua malitia ceſſaret· Super hoc
autēʒ ſuperbia repletus igneʒ ſpi
rans animo ī iudeos ⁊ precipiēs
accelerari negotiū·contigit illum
impetu euntem de curro cadere ⁊
graui corporis colliſione membrā
vexari· Iſqꝫ qui ſibi videbatur eti
am fluctibus maris imperare ſu
pra humanū moduʒ ſuperbia re
pletus ⁊ montium altitudines in
ſtatera appendere·nunc humilia
tus ad terraʒ in geſtatorio porta
batur·manifeſtā dei virtutem in
ſemetipſo ꝯteſtans·ita ut de cor
pore impij vermes ſcaturirēt ac vi
uentes in doloribus carnes eius
effluerent·odore etiā illius ⁊ feto
re exercitus grauaretur Et q̄ pau
lo ante ſidera celi contingere ſe ar
bitrabatur eū nemo poterat ꝓpt̄
intolerantiā fetoris portare Hinc
igitur cepit ex graui ſuperbia de
ductus ad agnitioneʒ ſui venire
diuina āmonitus plaga per mo
menta ſingula doloribus ſuis au
gmenta capientibus· Et cum nec
ipſe iam fetorem ſuū ferre poſſet
ita ait· Iuſtum eſt ſubditum eſſe
deo ⁊ mortaleʒ non paria deo ſen
tire· Orabat autē hic ſceleſtus do
minuʒ a quo non eſſet miſericor
diā conſecuturus ⁊ ciuitatem ad
quā feſtinans veniebat ut eā ad
ſoluʒ deduceret ac ſepulchrū con
geſtoruʒ faceret·nunc optat libe
ram reddere et iudeos quos nec ſe
pultura quidem ſe dignos habi
turuʒ·ſed auibus ac feris diripiē
dos traditurū ⁊ cum paruulis ex

terminaturū dixerat·eq̄les nunc
athenienſibus facturū pollicetur
templuʒ etiam ſanctū qđ pri⁹ ex
poliauerāt optimis donis ornatu
rum et ſancta vaſa multiplicatu
rum et ꝑtinentes ad ſacrifitia ſū
ptus de redditibus ſuis preſtatu
rum ſuper hec et iudeum ſe futurū
et omnem locū terre perambula
turum ⁊ predicaturū dei poteſta
tem· Sed non ceſſantib⁹ doloribꝫ
ſuperuenerat enim in eum iuſtuʒ
dei iudicium·deſperās ſcripſit ad
iudeos in hunc modum depreca
tionis epiſtolam hec continentē
Optimis ciuibus iudeis plurimā
ſalutē ⁊ bene valere ⁊ eſſe felices
rex ⁊ prīceps antiochus· Si bene
valetis ⁊ filij veſtri et ex ſentētia
vobis cuncta ſunt: maximas agi
mus gratias· Et ego in infirmita
te cōſtitutus·veſtri auteʒ memor
benigne reuerſus de pſidis locis
et infirmitate graui apprehenſus
neceſſariuʒ duxi pro cōmuni vtili
tate curaʒ habere·non deſperans
memetipſū·ſed ſpem multam ha
bens effugiendi infirmitateʒ· Re
ſpitiens autē q̄ ⁊ pater me⁹ qui
bus temporib⁹ in locis ſuperiori
bus ducebat exercitū oſtendit q̄
poſt ſe ſuſciperet principatū ut ſi
quid contrariū accideret aut dif
ficile nuntiaretur·ſcientes hij qui
in regionib⁹ erant cui eſſet reruʒ
ſūma derelicta non turbarent̄ ad
hec conſiderans de ꝓximo poten
tes quoſqꝫ ⁊ vicinos temporib⁹
inſidiantes ⁊ euentū expectantes
deſignaui filiū meum antiochuʒ
regem quē ſepe recurrens in ſupe
riora regē multis veſtrꝝ ꝯmēdabā

⁊ ſcripſi ad eū que ſubiecta ſunt.
Oro itaqȝ vos ⁊ peto memores be
neficioꝝ publice ⁊ priuati ut vnꝰ
quiſqȝ ↄſeruet fidē ad me et ad fi
liū meum. Confido enī eum mode
ſte ⁊ humane actuꝝ ⁊ ſequentē
ꝓpoſitū meū ⁊ ↄmunē vobis fore
Igit̄ homicida ⁊ blaſphemus pſ
ſime pcuſſus ⁊ ut ipſe alios tracta
uerat: pegre in montibꝰ miſeābi
li obitu vita functus eſt. Transfe
rebat autē corpꝰ philippus colla
ctaneus eiꝰ qui metuens filiū an
tiochi ad ptolomeum philome
torem abijt in egiptū. ¶ Ca. x.

Machabeus aūt ⁊ qui cū eo
erāt dn̄o ſe ꝓtegente tēplū
quidē ⁊ ciuitatem recepit. aras āc
quas alienigene per plateas ſtru
xerant. itēqȝ delubra demolitus ē.
Et purgato templo aliud altaē fe
cerunt ⁊ de ignitis lapidibꝰ igne
ↄcepto ſacrificia obtulerunt poſt
biennīū ⁊ icenſū ⁊ lucernas ⁊ pa
nes ꝓpoſicōnis poſuerunt. Quibꝫ
geſtis rogabant dn̄m ꝓſtrati in
terrā: ne amplius talibꝰ malis in
ciderēt. Sed ⁊ ſi quādo peccaſſent
ut ab ipſo mitius corriperent̄ ⁊ n̄
barbaris ac blaſphemis homini
bus traderent̄. Qua die autē tem
plū ab alienigenis pollutū fueāt
contigit eadem die purificacōem
fieri viceſima ⁊ qīta menſis qui
fuit caſleu. Et cum leticia diebus
octo egerunt in modū taberna
loꝝ: recordantes ꝙ ante modicū
temporis diem ſollemnē taberna
culoꝝ in montibus ⁊ in ſpelūcis
more beſtiaꝝ egerant ꝓpter quod
tirſos ⁊ ramos virides ⁊ palmas
preferebat ei qui ꝓſperauit mun
dare locum ſuū. Et decreuerūt cō
muni precepto ⁊ decreto vniuerſe
genti iudeoꝝ omnibus ānis age
re dies iſtos. Et antiochi quidē q̄
appellatus eſt nobilis: vite exceſ
ſus ita ſe habuit. Nunc aūt de eu
patore ātiochi impij filio que ge
ſta ſunt narrabimus: breuiantes
mala que in bellis geſta ſūt. Hic
enī ſuſcepto regno ↄſtituit ſup ne
gotia regni lyſiam quendā phe
nicis ⁊ ſirie militie principē. Nam
ptolomeus qui dicebatur macer
iuſti tenax ēga iudeos eē inſtituit
⁊ precipue ꝓpt̄ iniquitatē que fcā
erat in eos ⁊ pacifice agere cū eis
Sed ob hoc accuſatus ab amicis
apud eupatorē: cū frequent̄ ꝓdi
tor audiret eo ꝙ cipꝝ creditā ſibi
a philometore deſeruiſſet ⁊ ad ā
tiochū nobilē trāſlatus etiaꝫ ab
eo receſſiſſet: veneno vitaꝫ finiuit
Gorgias aūt cum eēt dux locorū
aſſumptis aduenis frequent̄ iu
deos debellabat. iudei vero qui te
nebant oportunas municōnes fu
gatos ab iheroſolimis ſuſcipie
bant et bellare temptabant. Hij
vero qui erant cum machabeo p
orationes dominum rogantes ut
eſſet ſibi adiutor: impetuꝫ fecerūt
in municiones ydumeorum. mul
taqȝ vi inſiſtentes loca obti[illegible]ue
runt: occurrentes interemerunt ⁊
omnes ſimul non minus a vigin
tiquinqȝ milibus trucidauerunt
Quidam autē cum confugiſſent
in duas turres valde munitas
omnem apparatum ad repugnā
dum habentes. machabeus ad
eorum expugnationem relicto ſy
mone et ioſepho itemqȝ zacheo.

eiſq; qui cū ipſis erant ſatis mul
tis ipſe ad eas que amplius perur
gebant pugnas conuerſus eſt.
Hij vero qui cum ſymone erant
cupiditate ducti a quibuſdā qui
in turrib9 erant ſuaſi ſūt pecunia
et ſeptuagintamilib9 didrāgmis
acceptis dimiſerunt quoſdaz ef
fugere Cum autem mchabeo nū
tiatum eēt quod factum eſt prin
cipibus populi congregatis accu
ſauit ꝗ pecunia fratres vendidiſ
ſent aduerſarijs eorum dimiſſis
Hos igitur proditores factos inē
fecit et confeſtim duas turres oc
cupauit. Armis autez ac manibꝫ
omnia proſpere agendo ī duab9
munitionib9 pluſq̄ vigintimilia
peremit. Et thimotheus qui pri9
a iudeis fuerat ſuperatus conuo
cato exercitu peregrine multitudi
nis et cōgregato equitatu aſiano
aduenit quaſi armis iudeaz cap
turus. Machabeus autem et qui
cum ipſo erant appropinquante
illo deprecabātur dominū caput
terra aſpergētes. lumboſq; cilicijs
precincti. ad altaris crepidinem
prouoluti ut ſibi propitius. inimicis
autem eorū eſſet inimicus et adū
ſarijs aduerſaētur ſicut lex dicit
Et ita poſt orationem ſumptis ar
mis longius de ciuitate proceden
tes et proximi hoſtib9 effecti reſe
derunt. Primo aūt ſolis ortu vtri
q; cōmiſerunt. iſti quidem victorie
et proſperitatis ſponſorē cum vir
tute dominū habentes. illi autem
ducem belli animū habebant. Sz
cum vehemens pugna eſſz appa
ruerunt aduerſarijs de celo viri
quinq; in equis. frenis aureis de

cori ducatū iudeis preſtantes. ex
quib9 duo machabeum mediuz
habētes armis ſuis circumſeptū
incolumem conſeruabant. in ad
uerſarios autez tela et fulmina ia
ciebant. ex quo et cecitate confuſi
et repleti perturbacōne cadebant
Interfecti ſūt autem vigintimilia
quingēti et equites ſexcenti. Thi
motheus vero confugit in gazaa
ram preſidiuz munitū cui preerat
cereas. machabeus autem et qui
cum eo erant letantes obſederūt
preſidium dieb9 quatuor. At hij
qui intus erant loci firmitate cō
fiſi ſupra modū maledicebaut et
ſermones nephandos iactabant.
ſed cū dies quinta illuceſſeret vi
ginti iuuenes ex hijs qui cū ma
chabeo erant accenſi animis ꝓpt
blaſphemiā viriliter acceſſerunt
ad murum et feroci animo incedē
tes aſcendebant. ſed et alij ſimilit
aſcendentes turres portaſq; ſuccē
dere aggreſſi ſunt. atq; ipſos ma
ledicos viuos concremare. Per
continuū autem biduū preſidio
vaſtato thimotheuz occultantez
ſe in quodaz repertū loco pereme
runt et fratrem illius cereaz et ap
pollofanez occiderunt. Quib9 ge
ſtis in ymnis et confeſſionibus
bndicebant dominū qui magna
fecit in iſrahel et victoriā dedit ill'.

Sed paruo poſt. ¶ Ca. xi.
tēpore lyſias procurator re
gis et propinqu9 ac negotiorum
prepoſitus grauit' ferens de hijs
que acciderant. cōgregatis octo
ginta milib9 et equitatu vniūſo
veniebat aduerſuz iudeos exiſti
mans ſe ciuitatē quidem captam

gentibus habitaculū factuꝫ tem
plum vero in pecunie queſtū ſicut
cetera delubra gētiū habiturū et
per ſingulos annos venale ſacer
dotiū nuſꝙ̄ recogitans dei poteſta
tē ſed mēte effrenatus in multitu
dine peditū et in milibus equituꝫ
⁊ in octoginta elephātis confide
bat. Ingreſſus aūt in iudeā ⁊ appro
pians bethſure que erat in angu
ſto loco ab iheroſolima interual
lo quinqꝫ ſtadioꝝ illud p̄ſidium
expugnabat. Ut aūt machabe⁹
et qui cū eo erāt cognouerunt ex
pugnari p̄ſidia cū fletu ⁊ lacrimiſ
rogabāt dn̄m ⁊ oīs turba ſimul
ut bonū āgelū mitteret ad ſalutē
iſrahel. Et ip̄e p̄mus machabeuſ
ſūptis ārmis ceteros adhortatus
eſt ſimul ſecū periculū ſubire ⁊ ferre
auxiliū frībus ſuis. Cūqꝫ pariter
prompto aīo ꝓcederēt iheroſoli
mis apparuit p̄cedēs eos eques ī
veſte cādida: armiſ aureis haſtā
vibrans. Tūc omnes ſimul bene
dixerūt miſericordē dn̄m ⁊ ꝯualu
erūt animis: non ſolū homines ſꝫ
et beſtias ferociſſimas ⁊ muros
ferreos pati penetrare. Ibant igi
tur prompti: de celo habentes ad
iutorem ⁊ miſerantem ſuper eos
dominum. Leonum autem more
impetu irruentes in hoſtes ꝓſtra
uerunt ex eis vndecim milia pedi
tum ⁊ equitū mille ſexcentos vni
uerſos autem in fugam verterūt
Plures autem ex eis vulnerati
nudi euaſerunt. Sed et ipſe lyſi
as turpiter fugiens euaſit. Et
quia non inſenſatus erat: ſecum
ipſe reputans factam erga ſe di
minutionem et intelligens inui
ctos eſſe hebreos dei omnipoten
tis auxilio nitentes miſit ad eos
promiſitqꝫ ſe conſenſurum omni
bus que iuſta ſunt ⁊ regem com
pulſurum amicū fieri. Annuit au
tem machabeus precibus lyſie ī
omnibus vtilitati conſulens. Et
quecunqꝫ machabeus ſcripſit ly
ſie de iudeis ea rex conceſſit. Nam
erant ſcripte iudeis epiſtole a ly
ſia quidem hunc moduꝫ continē
tes. Lyſias populo iudeoruꝫ ſalu
tem. Johannes et abeſſalon qui
miſſi fuerant a vobis tradentes
ſcripta poſtulabant ut ea que p
illos ſignificabantur implerem.
Quecūqꝫ igitur regi potuerunt per
ferri expoſui ⁊ que res p̄mittebat
conceſſi. Si igitur ī negocijs fideꝫ
ſeruaueritis ⁊ deinceps bonorum
vob̄ cauſa eē temptabo. De ceteris
autē per ſingula verba mandaui
⁊ iſtis ⁊ hijſ q̄ a me miſſi ſūt collo
qui vobiſcuꝫ. Bene valete. Anno
centeſimoquadrageſimooctauo
menſis dioſcori die viceſima ⁊ q̄r
ta. Regiſ autem epiſtola iſta con
tinebat. Rex antiochus lyſie fra
tri ſaluteꝫ. Patre noſtro int̄ deos
tranſlato nos volentes eos qui
ſunt in regno noſtro ſine tumul
tu agere et rebus ſuis adhibere
diligentiam: audiuimus iudeos
non conſenſiſſe patri meo ut tāſ
ferrentur ad ritum grecorum. ſed
tenere velle ſuum inſtitutum ac
propterea poſtulare a nobis con
cedi ſibi legittima ſua. Volentes
igitur hancquoqꝫ gentem quie
tam eſſe ſtatuentes iudicauimus
templum reſtitui illis ut agerent
ſcd̄m ſuoꝝ maioꝝ conſuetudineꝫ

Bene igit̃ feceris ſi miſeris ad eos
⁊ dexteram dederis ut cognita no
ſtra voluntate bono animo ſint
⁊ vtilitatibꝰ ꝓprijs deſeruiant. Ad
iudeos vero regis epiſtola talis
erat. Rex antiochꝰ ſenatui iudeo
rum ⁊ ceteris iudeis ſalutē. Si va
letis ſic eſtis ut volumꝰ. ſed ⁊ ipſi
bene valemus. Adijt nos mene
laus dicens. velle vos deſcendere
ad veſtros qui ſunt apud nos.
Hijs igitur qui cōmeant vſqꝫ ad
dieꝫ triceſimū menſis xandici da
mus dextras ſecuritatis ut iudai
cis vtantur cibis et legibꝰ ſuis ſi
cut ⁊ priꝰ ⁊ nemo eorū vllo mo
do moleſtiam patiatur de hijs q̄
ꝑ ignorantiā geſta ſunt. Miſimꝰ
autem ⁊ menelaū qui vos alloq̄
tur. Valete. Anno centeſimoqua
drageſimooctauo xandici mēſis
quindecima die. Miſerunt autem
etiam romani epiſtolaꝫ ita ſe ha
benteꝫ. Quintus mēmius ⁊ titus
manlius legati romanoꝝ popu
lo iudeorū ſalutem. De hijs que
lyſias ꝯgnatꝰ regis conceſſit vo
bis ⁊ nos conceſſimꝰ. de quibus
autem ad regē iudicauit referen
dū confeſtim aliquem mittite di
ligentiꝰ inter vos conferentes ut
decernamꝰ ſicut congruit vobis.
Nos enim antiochiaꝫ accedimꝰ
Ideo qꝫ feſtinate reſcribere ut nos
qꝫ ſciamꝰ cuius eſtis voluntatis.
Bene valete. Anno cēteſimoqua
drageſimooctauo quintadecima
die mēſis xandici. ¶ Ca. xij.

Hijs factis pactionibꝰ lyſias
ꝑgebat ad regem. iudei autē
agriculture operam dabant. Sed
hij qui reſederant thimotheus ⁊
apollonꝰ gennei filiꝰ. ſꝫ et iero
nimꝰ ⁊ demophon ſuper hos ⁊ ni
chanor cypriarches nō ſinebāt
eos in ſilētio agere ⁊ quiete. Iop
pite vero tale quoddam flagitiū
perpetrarunt. Rogauerūt iudeos
cum quibꝰ habitabant aſcende
re ſcaphas quas parauerant cū
vxoribꝰ ⁊ filijs quaſi nullis inimi
cicijs inter eos ſubiacentibꝰ ſꝫm
cōmune itaqꝫ decretum ciuitatis
⁊ ipſis acquieſcentibꝫ paciſqꝫ cau
ſa nihil ſuſpectum habētibꝰ cum
in altum proceſſiſſent ſūmerſerūt
nō minꝰ ducētos. Quā crudelita
tem iudas in ſue gentis homines
factā ut cognouit. precepit viris
qui erāt cum ipſo et inuocato iu
ſto iudice deo venit aduerſus in
terfectores fratꝝ ⁊ portum quideꝫ
nocte ſuccendit. ſcaphas exuſſit.
eos auteꝫ qui ab igne refugerāt
gladio peremit. Et cū hec ita egiſ
ſet diſceſſit quaſi iteꝝ reuerſurus
⁊ vniuerſos ioppitas eradicatu
rus. Sed cum ꝯgnouiſſet et eos
qui erāt iamnie velle pari modo
facere habitantibꝰ ſecum iudeis.
iamnitiſqꝫ nocte ſuperuenit ⁊ por
tum cum nauibꝰ ſuccendit. ita ut
lumen ignis appareret iheroſoli
mis ab ſtadijs ducentis quadra
ginta. Inde cum iaꝫ abijſſent no
uem ſtadijs ⁊ iter facerēt ad thi
motheū. ꝯmiſerūt cum eo arabes
quinqꝫ milia viri ⁊ equites quin
genti. Cūqꝫ pugna valida fieret
⁊ auxilio dei proſpere ceſſiſſet. reſi
dui victi arabes petebant a iuda
dextras ſibi dari ꝓmittētes ſe pa
ſcua daturos ⁊ in ceteris profutu
ros. Iudas autē arbitratus vere

ſm multis eos vtiles ꝓmiſit pacē
dextriſqꝫ acceptis diſceſſere ad ta
bernacula ſua. Aggreſſus eſt aūt
⁊ ciuitatē quandā firmā pontibꝫ
muriſqꝫ circumſeptam que a tur
bis habitabatur gentiū ꝓmiſcu
arum cui nomen chaſphin. Hij
vero qui intus erant confidentes
in ſtabilitate muroꝝ ⁊ apparatu
alimoniarum remiſſius agebant
maledictis laceſſentes iudam ac
blaſphemantes et loquētes que
fas non eſt. Machabeus autē in
uocato magno mūdi pncipe qui
ſine arietibus ⁊ machinis tempo
ribꝰ iheſu p̄cipitauit iericho irruit
ferociter muris ⁊ capta ciuitate p
dñi voluntatē innumerabiles ce
des fecit: ita ut adiacēs ſtagnum
ſtadioꝝ duoꝝ latitudinis ſāgui
ne interfectoꝝ fluere videret᷑. In
de diſceſſerūt ſtadia ſeptingenta
q̄nquaginta ⁊ venerūt i characha
ad eos q̄ dicunt᷑ tibianei iudeos ⁊
timotheum quidē in illis locis nō
comprehenderunt. nulloqꝫ nego
tio perfecto regreſſus eſt relicto in
quodā loco firmiſſimo preſidio
Doſitheus autem ⁊ ſoſipater qui
erāt duces cū machabeo pereme
runt a thimotheo relictos in pre
ſidio decēmilia viros. At macha
beus ordinatis circū ſe ſex milibꝰ
⁊ conſtitutis per cohortes: aduer
ſus thimotheū ꝓceſſit habentē
ſecū centūvigintimilia peditū: eq̄
tūqꝫ duomilia q̄ngentos. Cogni
to autem iude aduentu timotheꝰ
p̄miſit mulieres ⁊ filios ⁊ reliquū
apparatū in preſidiū qḋ carnion
dicit᷑. Erat enim inexpugnabile
⁊ acceſſu difficile ꝓpter locoꝝ an
guſtias. Cūqꝫ cohors iude prima
apparuiſſet timor hoſtibꝰ incuſſus
eſt ex preſentia dei qui vniuerſa
conſpicit ⁊ in fugā verſi ſūt aliꝰ
ab alio: ita ut magis a ſuis deice
rent᷑ ⁊ gladioꝝ ſuorum ictibus de
bilitarentur. Judas aūt vehemē
ter inſtabat puniens ꝓphanos
⁊ ꝓſtrauit ex eis trigintamilia vi
roꝝ. Ipſe vero thimotheus incidit
in p̄tes doſithei ⁊ ſoſipatris ⁊ mul
tis precibus poſtulabat ut viuꝰ
dimitteret᷑ eo ꝙ multoꝝ ex iudeis
parētes haberet ac fratres quos
morte eius decipi eueniret. Et cum
fidem dediſſet reſtituturum ſe eos
ſcḋm ꝯſtitutū: illeſum eum dimiſe
runt ꝓpter fratꝝ ſalutem. Judas
autē regreſſus eſt a carnion inter
fectis vigintiq̄nqꝫ milibus. Poſt
hoꝝ fugā ⁊ necē mouit exercitū
ad effrō ciuitatē munitā i q̄ mul
titudo diuerſaꝝ gētiū habitabat
⁊ robuſti iuuenes ꝓ muris ꝯſiſtē
tes fortit᷑ repugnabāt. In hac autē
machine multe ⁊ teloꝝ erāt appa
ratus. Sed cū oīpotentē inuocaſ
ſent qui poteſtati vires hoſtiū cō
fringit ceperūt ciuitatē ⁊ ex eis q̄
intus erant vigintiq̄nqꝫ milia ꝓ
ſtrauerūt. Inde ad ciuitatē ſcita
rū abierunt que ab iheroſolimis
ſexcentis ſtadijs aberat Cōteſtā
tibꝫ aūt hijs q̄ apud ſcitopolitas
erāt iudeis ꝙ benigne ab eis habe
rent᷑ ⁊ t̄pibꝰ infelicitatis ꝙ mode
ſte ſecū egerint grās agētes eis ⁊
exhortati etiam de cetero erga ge
nus ſuū benignos eē venerūt ihe
roſolimā die ſollēni ſeptimanaꝝ
inſtante Et poſt penthecoſtē abie
rūt ꝯtra gorgiā p̄poſitū ydumee

Exiuit autē cum peditib⁹ trib⁹ mi
libus ꝛ equitib⁹ quadringentis
Quibus congreſſis contigit pau
cos ruere iudeorum· Doſitheus ve
ro quidē de bachenoris eques vir
fortis gorgiaz tenebat et cum vel
let illū capere viuū eques quidā
de tracibus irruit in eum· hume
rūq; eius amputauit atq; ita gor
gias effugit in mariſa· At illis q̄
cum heſdrin erant diuti⁹ pugnā
tibus ꝛ fatigatis inuocauit domi
num iudas adiutorem ꝛ ducem
belli fieri· incipiens voce patria ꝛ
cum ymnis clamorem extollens
fugam gorgie militibus incuſſit·
Iudas autem collecto exercitu ve
nit in ciuitatem odollam· Et cum
ſeptima dies ſuperueniret ſcd̄z cō
ſuetudinem purificati in eodez lo
co ſabbatum egerunt· Et ſequēti
die venit cū ſuis iudas ut corpo
ra proſtratorū tolleret et cum pa
rentibz poneret in ſepulchris pa
ternis· Inuenerunt autez ſub tu
nicis interfectorū de donariis ydo
lorum que apud iamniaz fuerūt
a quib⁹ lex prohibet iudeos· Om
nibus ergo manifeſtum factuz ē
ob hanc cauſā eos corruiſſe· Om
nes itaq; benedixerunt iuſtum iu
dicium domini qui occulta fecerat
manifeſta· Atq; ita ad preces cō
uerſi rogauerunt ut id quod fa
ctum erat delictum obliuioni tra
deretur· At vero fortiſſim⁹ iudas
hortabat populū conſeruare ſe ſi
ne peccato: ſub oculis videntes q̄
facta ſunt pro peccatis eorum qui
proſtrati ſunt· Et facta collatōne
duodecim milia dragmas argēti
miſit iheroſolimā offerri pro pec
catis mortuorū ſacrificium bene ꝛ
religioſe de reſurrectione cogitās
Niſi enim eos qui ceciderāt reſur
recturos ſperaret· ſuperfluū vide
retur ꝛ vanum orarē pro mortuis
Et quia cōſiderabat ꝙ hii q̄ cum
pietate dormitionem acceperant
optimaz haberent repoſitam gra
tiam· Sancta ergo ꝛ ſalubris eſt
cogitatō pro defunctis exorare ut
a peccatis ſoluantur· ¶ Ca· xiii·

Anno centeſimo quadrageſi
monono cognouit iudas
antiochuz eupatoris venire cum
multitudine aduerſus iudeam ꝛ
cum eo lyſiam procuratorē ꝛ pre
poſitum negotioruz ſecum haben
tem peditum centum decēmilia et
equitum quinq; milla ꝛ elephan
tes vigintiduos· currus cum fal
cibus trecentos· Commiſcuit au
tem ſe illis ꝛ menelaus et cū mul
ta fallatia deprecabat antiochū
nō ꝑ patrie ſalute· ſꝫ ſperās ſe cō
ſtitui in principatū· Sed rex regū
ſuſcitauit aīos antiochi ī pecca
torez et ſuggerente lyſia hunc eē
cauſaz omniū malorum· iuſſit ut
eis eſt conſuetudo apprehenſuz in
eodem loco necari· Erat autem in
eodem loco turris quinquaginta
cubitorū aggeſtum vndiq; hñs
cineris· Hec proſpectum habebat
in preceps Inde in cinerē deici iuſ
ſit ſacrileguz: omnibus eum pro
pellentibus ad interitum· Et tali
lege preuaricatorez legis contigit
mori nec terre dari menelaum Et
quidem ſatis iuſte Nam quia ml̄
ta erga aram dei delicta ꝯmiſit cu
ius ignis ꝛ cinis erat ſanctus ip
ſe in cineris morte damnatus eſt·

Sꝫ rex mēte effrenatus veniebat
nequiorē ſe pr̄e ſuo iudeis oſtēſu
rus· Quibus iudas cognitis pre
cepit ꝑplo ut die ac nocte dn̄m in
uocarent quo ſicut ſemꝑ ⁊ nunc
adiuuaret eos· quippe qui lege ⁊
patria ſanctoq̄ꝫ templo p̄uari ve
rerent̄ ac ꝑplm̄ qui nuꝑ paululū
reſpiraſſet ne ſineret blaſphemꝰ
rurſus natiōibꝰ ſubdi· Omnibꝫ
itaq̄ꝫ ſimul id facientibꝰ ⁊ petenti
bus a domino miſericordiā cum
fletu ⁊ ieiunijs ꝑ triduū cōtinuū
ꝓſtratis: hortatus eſt eos iudas
ut ſe prepararent· Ipſe vero cū ſenio
ribus cogitauit p̄uſq̄ꝫ rex admo
ueret exercitū ad iudeā ⁊ obtine
ret ciuitatē exire ⁊ domini iuditio
ꝯmittere exitum rei dans itaq̄ꝫ po
teſtatem omniū deo mundi crea
tori ⁊ hortatus ſuos ut fortiter di
micarent ⁊ vſq̄ꝫ ad mortem pro le
gibus· templo· ciuitate· patria et
ciuibus ſtarent circa modin exē
citum conſtituit· Et dato ſigno ſu
is dei victorie: iuuenibꝰ fortiſſimꝰ
electis nocte aggreſſus aulam re
giam in caſtris interfecit viros q̄
tuordecim milia ⁊ maximum ele
phantorum cum hijs qui ſuper
poſiti fuerant Summoq̄ꝫ metu ac
perturbatione hoſtium caſtra re
plentes: rebuſq̄ꝫ proſpere geſtis
abierunt· Hoc autem factum eſt
die illuceſcente adiuuāte eum do
mini protectione Sed rex accepto
guſtu audacie iudeorum arte dif
ficultatem locorum temptabat ⁊
bethſure qđ erat iudeorum preſi
dium munitū caſtrū admouebat
ſed fugabatur· impīgebatur· mi
norabatur· Hijs autē qui intus
erant iudas neceſſaria mittebat
Enuntiauit autem miſteria hoſti
bus rodochus quidā de iudaico
exercitu qui requiſitus comprehē
ſus eſt ⁊ concluſus· Iterū rex ſer
monem habuit ad eos qui erāt
in bethſuris: dexteram dedit· acce
pit· abijt· ꝯmiſit cum iuda: ſupeā
tus eſt Ut autem cognouit rebel
laſſe philippum antiochie qui re
lictus erat ſuper negotia: mente
conſternatus iudeos deprecans·
ſubdituſq̄ꝫ eis iurat de omnibus
quibus iuſtum viſum eſt et recō
ciliatꝰ obtulit ſacrificium· hono
rauit templum ⁊ munera poſuit·
machabeū amplexatꝰ ē ⁊ fecit eū
a ptolomaide vſq̄ꝫ ad gerrenos
ducem ⁊ p̄ncipē· Ut autem venit
ptolomaidā: grauit̄ ferebāt pto
lomenſes amicitie ꝯuentionē idi
gnātes ne forte fedus irrūperent
Tūc aſcēdit lyſias tribunal ⁊ ex
poſuit racōē ⁊ ꝑplm ſedauit· reu
ſuſq̄ꝫ eſt antiochiā· Et hoc modo
regis ꝓfectio ⁊ reditus proceſſit·
Sed poſt triennij ¶ Ca· xiiij·
tempꝰ cognouit iudas ⁊ q̄
cū eo erant demetriū ſeleuci cum
multitudine valida ⁊ nauibꝰ ꝑ
portū tripolis aſcendiſſe ad loca
oportuna et tenuiſſe regiones ad
uerſus antiochū ⁊ eiꝰ ducē lyſiā
Alchimꝰ aūt quidā q̄ ſūmꝰ ſacer
dos fueāt· ſ; voluntarie coīq̄natꝰ
ē in tꝑibꝰ ꝯmixtionis: ꝯſiderans
nullo mō ſibi eē ſalutē neq̄ꝫ acceſ
ſū ad altaē: veīt ad regē demetriū
centeſimo q̄nquageſimo āno of
ferēs ei coronā aureā ⁊ palmā: ſu
ꝑ hec et talos qui templi eē vide
bantur· Et ipſa quidem die ſiluit

Tempus autē oportunū demētie
ſue nactus ⁊ conuocatus a deme
trio ad conſiliuꝫ ⁊ interrogatus
quibus rebus ⁊ cōſilijs iudei vte
rentur reſpondit. Ipſi qui dicūtur
aſſidei iudeoruꝫ quibus preeſt iu
das machabeꝰ bella nutriunt et
ſeditiones mouent. nec patiūtur
regnū eſſe quietum. Nam et ego
defraudatus parentum gloria. di
co autē ſūmo ſacerdocō huc veni
primo quidem vtilitatibus regis
fidem ſeruans. ſecundo autē etiā
ciuibus conſulens. Nam illorum
prauitate vniuerſū genus noſtꝝ
nō minime vexatur. Sed oro hijs
ſingulis o rex cognitis et regioni
et generi ſcd'm humanitatē tuam
promulgatam omnibus proſpi
ce. Nam ꝙ diu ſupereſt iudas im
poſſibile ē pacē eē negocijs Tali
bus autem ab hoc dictis et ceteri
amici hoſtiliter ſe habentes adū
ſus iudam inflāmauerunt deme
trium. Qui ſtatim nichanorē pre
poſitum elephantorū ducem mi
ſit in iudeā datis mādatis ut ipſū
q̄deꝫ iudam caperet viuuꝫ. eos ve
ro qui cum illo erant diſpergeret
⁊ conſtitueret alchimuꝫ maximi
templi ſūmū ſacerdotem. Tūc gē
tes que de iudea fugerant iudam
ſegregatī ſe nichanori miſcebant
miſerias ⁊ clades iudeorū. proſperi
tates rerum ſuaruꝫ exiſtimantes.
Audito itaqꝫ iudei nichanoris ad
uentu ⁊ conuentu nationum con
ſperſi terra rogabant eum qui po
pulum ſuū conſtituit in eternum
cuſtodiret quiqꝫ ſuam portioneꝫ
ſignis euidentibus protegit. Im
perante aūt duce ſtatim inde mo
uerunt. ꝯuenerūtqꝫ ad caſtellū
deſſau Symon vero frater iude cō
miſerat cū nichanore. ſed conter
ritus eſt repentino aduentu adū
ſariorum. Nichanor tamen audi
ens virtuteꝫ comitū iude ⁊ animi
magnitudineꝫ quam pro patrie
certaminibꝰ habebāt. ſanguine
inditiū facere metuebat. Quā ob
rem premiſit poſſidoniū ⁊ theodo
tum ⁊ mathiam ⁊ ut darent dex
tras atqꝫ acciperent ⁊ cum diu de
hijs conſiliū ageretur ⁊ ipſe dux
ad multitudinē retuliſſet omniū
vna fuit ſententia amicicijs ānu
ere. Itaqꝫ diem cōſtituerunt qua
ſecreto inter ſe agerent ⁊ ſingulis
ſelle prolate ſunt et poſite. Prece
pit aūt iudas armatos eſſe locis
oportunis ne forte ab hoſtibꝰ re
pente mali aliquid orietur. Et cō
gruum colloquiū fecerunt. Mora
batur āt nichanor iheroſolimis
nihilqꝫ inique agebat. gregeſqꝫ
turbarꝫ que congregate fuerant
dimiſit. Habebat aūt iudam ſēp
carū ex animo ⁊ erāt viro inclina
tus. Rogauitqꝫ eum ducere vxorē
filioſqꝫ procreare. Nuptias fecit.
quiete egit. ꝯmuniterqꝫ viuebāt
Alchimus aūt videns caritatem
illorū adinuicem ⁊ conuentiones
venit ad demetrium ⁊ dicebat ni
chanorem rebꝰ alienis aſſentire.
iudamqꝫ regni inſidiatorem ſuc
ceſſorem ſibi deſtinaſſe. Itaqꝫ rex
exaſperatus ⁊ peſſimis huius cri
minationibꝰ irritatus ſcripſit ni
chanori dicens. grauiter quideꝫ
ſe ferre de amicitie cōuentione: iu
bere tamen machabeū citius vin
ctum mittere antiochiā. Quibus

ↄgnitis nichanor conſternabat᷑ ⁊
grauiter ferebat ſi ea q̄ conuene
rant irrita faceret nihil leſus a vi
ro· ſed quia regi reſiſtere nō pote
rat oportunitatē obſuabat qua
preceptum pficeret· At machabe
us videns ſecum auſterius agere
nichanorem ⁊ conſuetū occurſuz
ferocius exhibentem: intelligens
non ex bono eē auſteritatē iſtam
paucis ſuorum cōgregatis occul
tauit ſe a nichanore· Qd cum ille
cognouit fortiter ſe a viro preuē
tum: venit ad maximum ⁊ ſanctiſ
ſimum templum ⁊ ſacerdotib⁹ ſo
litas hoſtias offerentibus iuſſit
ſibi tradi virū· Quibus cū iuramē
to dicentibꝫ neſcire ſe vbi eēt qui
querebat᷑: extendens manū ad tē
plū iurauit dicens· Niſi iudā vin
ctuz mihi tradideritis iſtud dei fa
nū in planitiez deducā ⁊ altare ef
fodiaz ⁊ templū hoc libero patri
conſecrabo· Et hijs dictis abijt·
Sacerdotes autē ꝓtendentes ma
nus in celum inuocabant eū qui
ſemp ꝓpugnator eēt gentis ipſo
rum hec dicentes· Tu domine vni
uerſorum qui nullius indiges: vo
luiſti templū habitacōnis tue fie
ri in nobis· Et nunc ſancte ſancto
rum omniuz domine conſerua in
eternū impollutaz domum iſtam
que nuper mundata eſt· Razias
autē quidaz de ſenioribus ab ihe
roſolimis delatus ē nichanori vir
amator ciuitatis ⁊ bene audiens
qui ꝓ affectu pater iudeorū appel
labatur· Hic multis temporibus
continentie ꝓpoſitum tenuit in iu
daiſmo· corpuſqꝫ et animam tra
dere contentus ꝓ perſeuerantia·

Volens autem nichanor manife
ſtare odium qd habebat in iude
os miſit milites quingētos ut eū
comprehenderēt· Putabat enim
ſi illum decepiſſet: ſeſe cladem iude
is maximam illaturum· Turbis
autem irruere domuz eius ⁊ ianu
am dirūpere atqꝫ ignez āmouere
cupientibus cum iam comprehē
deretur gladio ſe ꝑcuſſit: eligēs no
biliter mori potius q̄ ſubditus ſi
eri peccatoribus ⁊ contrā natales
ſuos iniurijs indignis agi· Sed
cum per feſtinationem non certo
ictu plagam dediſſet ⁊ turbe inter
oſtia irrūperent recurrens auda
cter ad murū: p̄cipitauit ſemetip
ſū viriliſ in turbas quibus velo
citer locum dantibus caſui eius:
venit ꝑ mediam ceruicem Et cum
adhuc ſpiraret accenſus aīo ſur
rexit et cū ſanguis ei⁹ magno flu
xu deflueret ⁊ grauiſſimis vulne
ribus eēt ſauci⁹ curſu turbaz per
tranſijt ⁊ ſtans ſupra quandā pe
tram preruptā ⁊ iaz exanguis ef
fectus: ꝯplex⁹ inteſtina ſua vtriſ
qꝫ manib⁹ ꝓiecit ſuper turbas in
uocās dn̄atorem vite ac ſpūs ut
hec illi iteruz redderet atqꝫ ita vita
defunctus eſt· ¶ Capitulū·xv·

Nichanor autē ut comperit
iudā eē in locis ſamarie: co
gitauit cū omī impetu die ſabba
ti cōmittere bellum· Iudeis vero q̄
illum per neceſſitatem ſequebant᷑
dicentib⁹ ne ita ferocit᷑ ⁊ barbarē
feceris· ſed honorē tribue diei ſan
ctificationis et honora eum q̄ vni
uerſa conſpicit at ille infelix iter
rogauit ſi eſt potens in celo qui
imperauit agi diem ſabbatorum

⁊ reſpondentibꝰ illis eſt dominus
viuus ipē ī celo potens qui iuſſit
agi ſeptimam diem At ille ait· Et
ego potens ſum ſuper terram qui
īpero ſumi arma ⁊ negotia regis
impleri Tamen non obtinuit ut
conſilium perficeret· Et michanoꝛ
quidem cum ſūma ſuperbia erectꝰ
cogitauerat cōmune tropheū ſta
tuere de iuda· Machabeus autē
ſemper confidebat cum omni ſpe
auxiliū ſibi a domino affuturum
⁊ hortabat̄ ſuos ne formidarent
ad aduentum nacōnū· ſed in mē
te haberent adiutoria ſibi facta
de celo ⁊ nunc ſperarent ab omni
potente ſibi affuturam victoriam
Et allocutus eos de lege ⁊ ꝓphetis
āmonens etiam certamina que
fecerant prius promptiores cōſti
tuit eos· Et ita animis eorum ere
ctis· ſimul oſtendebat gentiū fal
latiam ⁊ iuramentorū preuarica
tionem· Singulos autem illorū
armauit non clipei ⁊ haſte muni
tione· ſed ſermonibꝰ optimis et
exhortationibus· expoſito digno
fide ſomnio per qđ vniuerſos le
tificauit· Erat autem huiuſcemo
di viſus· Oniam qui fuerat ſūmꝰ
ſacđos virum bonum et benignū
verecundum viſu· modeſtum mo
ribus ⁊ eloquio decorum ⁊ qui a
puero in virtutibꝫ exercitatus ſit
manus ꝓtendentē orare pro om
ni populo iudeorū· Poſt hoc ap
paruiſſe ⁊ aliū virū etate et glo
ria mirabilē ⁊ magni decoris ha
bitudinem circa illum· Reſpondē
tem vero oīa dixiſſe· Hic eſt fra
trū amatoꝛ ⁊ populi iſrahel· Hic
eſt qui multū orat pro populo ⁊

vniuerſa ſācta ciuitate ieremias
propheta dei· Extendiſſe autē iere
miā dextrā ⁊ dediſſe iude gladiū
aureum dicentē· Accipe ſanctum
gladiū munꝰa deo in quo deiicies
aduerſarios populi mei iſrahel·
Exhortati itaqꝫ iude ſermonibus
bonis valde· de quibꝰ extolli poſ
ſet impetus ⁊ animi iuuenū ɔfoꝛ
tari ſtatuerunt dimicare et confli
gere fortiter ut virtus de negociis
iudicaret eo ꝙ ciuitas ſancta ⁊ tē
plum periclitarentur· Erat enim ꝓ
vxoribus et filiis· itemqꝫ pro fra
tribus ⁊ ɔgnatis minoꝛ ſollicitu
do· maximus vero ⁊ primus pro
ſanctitate timoꝛ erat templi· ſed ⁊
eos qui in ciuitate erant non mi
nima ſollicitudo habebat ꝓ hiis
qui cōgreſſuri erant· Et iam cum
omnes ſperarent iuditiū futurum
hoſteſqꝫ adeſſent atqꝫ exercitus
erat ordiatus beſtie eqteſqꝫ opoꝛ
tuno loco compoſiti· conſiderans
machabeus aduentū multitudi
nis et apparatum variū armorū
ac ferocitatem beſtiarū extendens
manus in celum· prodigia facien
tem dominū inuocauit· qui non
ſcđm armorum potentiā· ſed pro
ut ipſi placet dat dignis victoriā
Dixit autem inuocans hoc modo
Tu domine qui miſiſti angelum
tuum ſub ezechia rege iude ⁊ intē
fecisti de caſtris ſennacherib cen
tumoctogīta quinqꝫ milia et nūc
dominator celorū mitte angelum
tuum bonū ante nos in timore et
tremore magītudinis brachii tui
ut metuāt qui cum blaſphemia
veniunt aduerſus ſanctū popu
lum tuū· Et hic quidē ita orauit

michanoꝛ autē ⁊ qui cum ipō erāt
cum tubis ⁊ cāticis admouebāt·
Judas vero et qui cum eo erāt in
uocato deo ꝑ orationes congreſſi
ſunt: manu quidē pugnantes ſ; ⁊
dn̄m cordibus orantes ꝓſtraue
runt nō min⁹ triginta quinqꝫ mi
lia preſentia dei magnifice delecta
ti· Cumqꝫ ceſſaſſent ⁊ cuꝫ gaudio
redirent: ↄgnouerūt michanoꝛem
ruiſſe cum armis ſuis Facto itaqꝫ
clamoꝛe ⁊ ꝑturbatione ſuſcitata:
patria voce omnipotētez dominū
benedicebant· Precepit autez iu
das qui ꝑ omnia corꝑe ⁊ animo
moꝛi pro ciuibus paratus erat: ca
put michanoꝛis ⁊ manū cum hu
mero abſciſam iheroſolimam ꝑ
ferri· Quo cuꝫ ꝑueniſſet conuoca
tis contribulibus ⁊ ſacerdotibus
ad altaē: acceſſit ⁊ eos qui in ar
ce erant· Et oſtenſo capite micha
noris ⁊ manu nepharia quam ex
tenderat ↄtra domum ſanctā om
nipotentis dei: magnifice gloriat⁹
eſt· Linguam etiam impij micha
noꝛis preciſaꝫ iuſſit particulatim
auibus dari· manū autez demen
tis cōtra templum ſuſpendi· Om
nes igitur celi benedixerunt domi
num dicentes· benedictus qui lo
cum ſuū incontaminatū ſeruauit
Suſpendit autem michanoꝛis ca
put in ſumma arce ut euidens eſ
ſet ⁊ manifeſtum ſignum auxilij
dei· Itaqꝫ omnes ↄmuni conſilio
decreuerunt nullo modo diez iſtū
abſqꝫ celebritate preterire· habere
autez celebritatē terciadecima die
menſis adar que dicitur voce ſi
riaca pridie mardochei die· Igit̄
hijs erga michanoꝛez geſtis ⁊ ex
illis tempoꝛibus ab hebreis ciuita
te poſſeſſa· ego q̄ꝫ in hijs faciam fi
nem ſermonis· Et ſi quidem bene
et ut hiſtorie competit hoc ⁊ ipſe
velim· ſi autem minus digne con
cedenduz eſt mihi· Sicut enim vi
num ſemper bibere aut ſemper
aquam: contrarium eſt· alternis
autem vti delectabile: ita legētib⁹
ſi ſemꝑ exactus ſit ſermo nō erit
gratus· hic ergo erit ↄſūmatus·

¶ Explicit liber ſcd̄us Macha
beorum·:·